c ¶ Habeo tacere. debet ergo probari, quod in ciuitate est vnus solus, ad hoc vt vnius solus, depositio sufficiat. & hæc est mens Bar. De materia vide in. c. proposuisti. de proba. & in c. significasti. el. ij. de homici. Et mẽs Bartol. hîc est dare cautelã aduocato: vt si iudex accipiat vnũ peritũ tm̃ qđ aduocat⁹ sileat: qa si sententiam habebit pro se: bene est: si autem cõtra potest appellare: quoniam iudex debebat capere duos peritos. Adde, vt pulchrè Bald. consil. ccccij. ij. lib. & vide quod voluit Ro. consi. xx.

certè videtur dicendum, ꝙ non: vt. l. j. §. j. cum glo. sup verbo, vel duæ. j. de ven. inspi. & quod in simili habeẽ in. l. iusiurã. C. de testi. ĩ gl. & ibi dixi. In cõtrarium videtur alia glo. in. l. comparationes. C. de fide instrum̃. vbi tractatur de comparationis materia, recurritur ad tabellionem: & sic cõtra. ¶ Quid dicimus? Breuiter credo hoc esse verum: quia si quæris, nunquid deponat cum sacramento apposito assertoriẽ: & sic etiam. dico, ꝙ non. Et sic intelligo primas glos. Ratio, quia ius non debet facere, vt quis incidat in periurium? vt. l. j. C. de indi. vidui. & l. j. C. si aduer. vend. Et sic est impossibile p fectè scire, quod non constat: quia posset decipi. pro quo facit tex. præalleg. in. l. j. §. j. de ven. inspic. quia dicit ibi debere referri pægnãtem videri. Quod quidem in teste non admittitur: quod in obstetrice admittitur: vt ibi text. & ideo lex admittit ad talem rationem qualem referre potest. ¶ Sed si tu queris de sacramento probatorio: & tunc sic: qa euitatur periurium. & sic intelligo. glos. præalleg. l. comparationes. Præterea* pro hoc videtur bonus textus, cum glo. in. l. hac edictali. §. his illud. versic. mobiliũ vero. C. de secũ. nup. vbi medio iuramẽto per ęstimatores fit ęstimatio rerũ donatarum vxori, quæ trãsiuit ad secunda vota*. Et etiam pro hoc habemus. l. neminem. C. de aduo. diuer. iudi. vbi doctor deponit de peritia sua: & tamẽ iurat. quod intellige vt dicam. ¶ Item potes ex hoc videre, vtrum & qualiter debeant iurare doctores,[a] quando deponunt in examinatione scholaris, apud episcopum vel Archidiaconum pro ipso ad doctoratus apicem promouendo: quem paucisimi rectè attingunt, secũdum Cynũ hic in lectura. ¶ Itẽ 9 † quæro, nos dicimus, quod personę istæ admittũtur ad deponendum de arte et peritia: nunquid sufficiat vnus,[b] cum alibi dicatur, vox vnius, vox nulius: vt. l. iurisiurandi. C. de test. nunquid & hoc hic erit. Solu. circa hoc dico, quod aut in ciuitate repenuntur plures periti: aut vnus tantum, si vnus tantũ: & tunc deposito vnius sufficit, si plures: & tũc non: vt est text. in cor. de non alienan. §. quod aũt versi. vt neq; colla. ij. qui. §. de sacramento probat. & est no. Et sic est argumentum, quòd si quis est aduocatus illius, qui est vulneratus, quòd habet tacere in positionibus, quòd si sint plures in ciuitate periti. & pars ponit vnũ, hîc habeo tacere:[c] & in cõclusione opponere postea ꝙ reperiant plures, si vnus tm̃ ponit: qa tunc non sufficiet, & vide quod not. in. l. decem. & ibi dixi. j. de verbo. obliga. Bart.

Sed cum vos. Hîc ponit quid scire expedit doctorib⁹: & scholaribus, quid docendum sit: & quid per doctores legendum, vsq; ad versic. & anteà quidem necesse est. i. vtile aliàs importaret necessitatem. ¶ Sed opp. video, ꝙ incipiẽtes ab institutionibus, efficiuntur sapientes: sed expone vt dixi.

SVMMARIVM.

1 *Lex per non usum nõ tollitur: sed deuiando, uel diuertendo à recto intellectu.*

Et antea. Sicut expedit scire, qđ sit legẽdum, & quid docendum tam scholaribus, quã doctorib⁹: ita simpliciter scire expedit, quid, olim legebatur & tradebatur: quoniam opposita iuxta se posita clarius elucescunt.

1 ¶ † Quæro nunquid per desuetudinem[d] tollatur lex? glossa de hoc dicit hic, & in corpore de hære. & falci. circa principi. & institu. in proæmio. §.

d ¶ Desuetudinem. Io. an. & Abb. in. c. Io. de cle. coniug. dicit, ꝙ quandoq; non vsus, non habet in se aliquem tacitum actum contra ius: & non tollit leg. nec inducit consuetudinem: secus si haberet in se tacitum actum & vide etiam quæ not. Cy. in. l. ij. C. quæ si lon. consue. in. q. an ex factis negatiuis inducatur consuetudo. & Bald. in. l. de quibus. in ver. sed nunquid ex non actibus. & hîc adde Iaco. bel. in authen. de hære. & fal. in princ. Cy. in l. ij. in ver. expediti. C. quæ sit long. consue. in. ij. q. per doc. in. c. fi. in prin. de consue. in. vj.

e ¶ Tolli per desuetudinem. An per desuetudinem lex tollatur, adde Cyn. in. l. fi. C. de iu. do. impetrã. vbi dixit nũquàm legem, vel statutum tolli per non vsum, sed per contrarium vsum sic. ¶ Et ꝙ tollatur lex videtur text. in l. receptitia. in prin. C. de constitu. pecu. ibi, inusitato. ibi Bald. in princi. Ad de quę nota. in. c. j. de treug. & pa. quę dixi. in. l. de quibus. in fi. colum. de legibus. Adde Ange. consil. ciiij. & seq. Bal. consi. cxvij. ij. libr.

e igitur. quòd debes intelligere tolli per desuetudinẽ,[e] scilicet deuiando seu diuertendo à recto intellectu: sed ex eo, quòd non vtatur, absit à seculo. & videtur hîc, ꝙ tollebatur eodem modo: vt dixi pro quo facit tex. hîc & insti. in prooe. Bar.

SVMMARIVM.

1 *Notarius debet ponere in instrumento nomen contrahentiũ, nouum & uetus. Item cognomina.*

2 *Mutatio nominis, quando sit permissa?*

Nos vero. Reprobatis modis antiquis tradendæ ciuilis sapientiæ: & studio, quod scholares faciebant: tradit modum, quẽ scholares tenere debent in addiscendo, & doctores in legendo siue docendo, & hoc vsq; ad versicu. hæc autem. ¶ Modò aduerte, ꝙ mutatur nomen in. §. discipuli. qui facit mentionem de nomine antiquo: & 1 ponit nouum, quod facit † ad arg. ꝙ tabelliones debent ponere in instrumẽto nomen contrahentiũ scilicet nomẽ vetus & nouũ. Ita aliàs habemus ꝙ etiã cognomẽ: vt. l. Lucius Titius testamẽto facto. j. de fideicõ. liber. quo etiam vtimur in contractibus & te2 stamentis. ¶ Sed adde, † ꝙ interdum fit mutatio nof minis[f] authoritate legis: & tunc est licitum: vt hîc. Interdum fit ab ipso eodem: & tunc interdũ fit fraudulenter: & tunc incidit in pœnam falsi: vt. l. falsi. in tex. & glo. j. de fal. Interdum fit generaliter, & ad libitũ: vt ab ista hora volo vocari talis. Ista mutatio nõ nocet: quia non in fraudẽ est facta. l. j. C. de muta. no. & notatur in. l. falsi. p̄eal. in prin.

f ¶ Nos vero. Mutatio nominis vtrum liceat sibi. nomen mutare. Adde Bal. & Iaco. bu. in prin. C. ij. col. & Bal. in. l. demonstratio. in fi. prin. de condi. & demonst. p Abb. in procemio decretalium. & vide Bal. in. l. filiũ. C. de suis & leg. Et de mutãte nomẽ Guelphũ vel Gebellinum, p quo tex. in. l. hoc iure. §. fin. j. de dona. & quod Bal. in. l. j. C. ad. l. Iu. Viscel. & dicit Bald. in rubri. C. de fide istrument. in. vj. colum. quod qui mentitur nomen suum in cõtrahendo, vel in instrumento, dicitur falsum committere. l. Paul⁹. ff. de fal. & de mutando nomen, vide Bal. ĩ. in prin. ff. in. xij. quæstio. & in. l. fin. in. j. & ij. q. C. de hered. insti. moder. in. c. accedens. de falsis.

SVMMARIVM.

1 *Hypothecaria & pignoratitia quomodo inter se habeant.*

Tertii. Aduerte ad quãdam glo. quam alibi meliorẽ non habes, & dixi, ꝙ vult dicere emulor id est inuideo, vel sequor, vel inimicor: sed prima expositio est verior, sed tamen aduere. 1 ¶ † Quero, quomodò actio hypothecaria & pignoratitia se habeant, & quomodo conueniant, & quomodo differãt? Dico hoc modo, siquidem loquimur de pignoratitia directa: dic ꝙ differt ab hypothecaria in natiuitate, vtilitate, & vita. In natiuitate: quia hythecaria nascitur ex solo cõsensu, vt. l. si tibi decẽ. §. de pigno. j. de pac. & ibi dixi in. l. j. §. per seruũ. j. de acquirẽd. posse. in. l. ij. C. qui potio. in pig. hab. ¶ Sed g pignoratitia actio[g] nascitur rei interuẽtu: vt insti. qui. mo. re. contrahi. ob. §. fi. Et ratio differentiæ est: quia cum directa competat debitori soluta pecunia ad repetendum pignus: vt. l. si cum. ibi. recipere. & l. si rem. §. omnis. j. de pig. act. oportet, ꝙ rei inteueniat traditio: aliàs non posset repetere, quod secus est in hypothecaria: quia absolutè competit. ¶ Item differunt in vtilitate:[h] quia pignoratitia est actio bonæ fidei: hypothecaria verò est stricti iuris: vt in gloss. institu. de actioni. §. actionum. ¶ Item in vtilitate differunt in alio: quia pignoratitia cõpetit directa & contraria. Directa debitori ad repetendum pignus: & creditori contraria. si fecit expensas in pignore: vt. l. si necessarias. j. de pigno. actio. sed hypothecaria solum creditori. Item differunt in vtilitate: quia pignoratitia semper est personalis: sed hypothecaria est in rem: vt. l. pignoris. §. j. j. de pignorib. & competit contra quemcunq; posidentem: sed pignoratitia solum i debitori, quę competit ex contractu. ¶ Item differunt in vita[i] hoc modo: quia actio pignoratitia durat triginta annis: actio hypothecaria interdum durat. x. annis. interdum. xx. interdum. xxx. interdum xl. vt not. in. l. cum notissimi. C. de præscrip. xxx.

g ¶ Pigno. actio. limita per Bart. in. l. inquilino. de dam. infec.

h ¶ Differunt in vtilitate. No. hanc differentiam inter pignoratitiam & hypothecariã. Aliam differentiam vide per Bar. in. l. si rem. §. propriẽ. j. de pigno. actio. per moder. insti de actio. §. actionum.

i ¶ In vita. Pignoratitia est semper personalis. sed vtrum de iure cano. sit in rem scripta, ita qđ forte soluta competat contra emptorem pignorum, & contra quemlibet possessorem. Inno. in. c. cum constet. de pigno. dicit, ꝙ est mera personalis. allegat hîc no. & subdit ibi Hostien. ꝙ quomodocunq; actum sit, non est vis: quia quicunq; pro possessore tenetur: & sic est ambulatoria. ita refert & latius Bal. in. c. j. de feu. dat. in vicem leg. commisso. Limita per eundem Bal. in. l. j. C. de pig. act. & in. l. j. C. de nõ nume. pecu. & vide Bar. in. l. pignoris. C. de pigno.

anno.&.C.si aduer.cre.l.j.&.ij.¶ Sed tamen aduerte
nunquid illud, quod dicimus, ꝙ pignoratitia nasci-
tur demum interueniente re, sit in contraria, vel dire
cta? de directa est certum, ꝙ non. Sed si quæris de
a illa, quæ cōpetit creditori,[a] tunc secus: quia solo con
sensu nascitur: vt.l.j.de pig. act.quod not.

Hæc autem. ¶ Supradictum est, quali
ter iura tradi debent: hîc
autem in quibus locis tradi debeant ista iura, videli-
cet in ciuitate Romana, in ciuitate Atheniensi, & in
ciuitate Constantinopolitana, prohibens in aliјs lo-
cis legi, & contra facientes punit. hoc dicit vsq; ad.§.
illud autem.

SVMMARIVM.

1 *Nomen demonstratiuum ad oculum ponitur intellectiuè*

Illud autem. Hîc ponit quomodo scri-
bentes libros per signa, de
bent puniri ciuiliter & criminaliter: & hoc vsq; ad
versi. illud verò. ¶ Aduerte ad.§. hęc autē. quod pro-
1 nomen hîc hæc hoc, est † demonstratiuum ad ocu-
lum: nihilominus ponitur intellectiuè: vt.l. hęc actio.
de calum. de primo patet. Item intellige hic de nomi
nibus duplicatis: secus in pœnis: vt est gloss. in.l. qui
textrini. C. de murile. li.xij. quod dico, ꝙ non est ve-
b rum:[b] quia lex quam allegat, loquitur in casu dubio,
hoc est certum. Quare dico, ꝙ ista glo. & non illa, be
c ne loquitur.[c] quam not. De quo habes tex. in.l. qui-
cunq;. in fi. C. de here. Item aduerte, ꝙ debet puniri
scribens per signa. Dicit glo. secus si resecatoriè per
abbreuiaturas. ¶ No. glo. quę incipit, non ergo &c.
quæ intelligit, si non sciret falsum: quia tunc esset se-
cus: vt.j. de eo, quod certo loc.l.fin. & vide quod not.
in.l.iij.j. de tritic. & l. eleganter. §. non solum. j. de do-
lo. & l. exhibitionis. C. ad exhibendum.

SVMMARIVM.

1 *Ludus est crimen, & uenit criminis appellatione.*

Illud vero. Hîc habes, ꝙ scholares non de
bent ludere, nec ipsis ludis se
immiscere, maximè illi, qui rudes veniunt ad hanc
doctrinam. Vltimò loquitur de doctoribus docenti-
bus hanc ciuilem sapientiam. & hoc vsq; ad finem.
1 Et sic † nota, quòd ludus est crimen.[d] ibi: ex quibus
d crimina. Quod valet ad multa: vt in statuto, quod di
cit, quòd bannitus de crimine, possit impune offen-
di & occidi, & cum quidam foret occisus: quia lusit:
nunquid puniatur occidens? & fuit ista quæstio
Pisiјs, seu perusiј tempore domini Nicolai de arina
niјs. Et finaliter ipse nullo modo volebat huic assen
tire: nisi quòd quidam doctor tunc Bononieñ. venit:
& breuiter dixit per hunc text. quòd talis occidens
puniri non debebat.

SVMMARIVM.

1 *Legem offendit, qui contra illam facit.*
2 *Iura in quibus locis doceri possunt?*
3 *Consuetudo longissima inducit priuilegium.*
4 *Expulsio de ciuitate, non habetur pro deportatione.*
5 *Banniti nostri temporis, an habeantur loco deportatorum? remissiuè.*

e Hæc autem tria. [e] Not. pœnam ex
pulsionis de ciui-
tate. sic. C. de episco. & cleri. quicunq;. cum si. ¶ No.
1 † quòd qui facit contra legem, dicitur offendere le-
gem: & non meretur à lege defendi. vt.l. auxilium. §.
2 in delictis. j. de mino. ¶ Circa hoc † reuocatur in du-
bium: quia sunt aliæ ciuitates à Regibus & Principi
bus conditæ: vtrum in his possint iura doceri? glo. di-
cit quòd sic. Vnde dic, quòd in ciuitate Bononię pos
sunt iura doceri: quia est ciuitas Regia. Nā fecit eā
Imperator Theodosius iussu beati Ambrosij: vt in
legenda beati Ambrosij reperitur, quæ est apud san
ctum Victorem locum religiosum & amenum con-
stitutum suprà sanctum Michaelem de nemore: vbi
ego steti per magnum tempus ad studendum & re-
uidēdum libros per meipsum. ¶ Sed licet ciuitas ali
qua condita fuerit à Principe, nō propterea possunt
ibi doceri iura, nisi hoc habeat ex speciali concessio
ne: vt hîc habuit ciuitas Berytensium, quę dicitur ci-
uitas Augustana: qa Augusti fuerit priuilegiјs præ-
cæteris prædotata: vt.j. de censi.l.j. & l.j. C. de metro
poli. Beryto. libro. xj. tamen vt in ea possent iura do

a ¶ Creditori. Adde Bar. in.l. si tibi. §. de pig. j. de pact.

b ¶ Illud aūt nō est verum. Adde Bar. in.l. stipulatio ista. §. eum qui. de ver. obli.

POMATES.

c ¶ Bñ loquit. Illud tenet. d. meus. d. Iaso. ī.l. stipulatio ista §. eum qui. in glo. j. ff. de verb. ob. in. §. hęc aūt tria. ī. ij. col. in ver. quid ergo. vide Alexan. consil. lxxiiij. col. ij. & seq. vo. iiij. Bar. cōsi. xlj. col. j. vol. j. & cōsil. liij. ferè p totū. volu. ij. & aliquid per Feli. in. c. cum contingat. de fo. cōpe. col. ij. versi. ij. inquā tum. d. Abb.

d ¶ Illud verò. ludus est crimē. Si statutum dicit, ꝙ bannitus ꝓpter crimen. possit offendi, quidam fuit bannitus pro ludo, & ludus crimē: ergo potest offendi. Bñ faciunt plenè not. p Bal. in rub. C. de condi. ob tur. cau. & omnino vide de hoc in. c. j. de sacrilegiјs.

e ¶ Hæc aūt. Adde doc. in. c. tuę. de cleri. non resi. vbi latè tangūt iura. an possint legi in aliјs ciuitatibus, nō priuilegiatis, vide quę ibi recollegi. Andræ. Barba.

ceri, super hoc speciale priuilegiū habet, vt hîc. Prę-
terea sicut exponendo literam dixi Alexandria ciui
tas fuit condita ab Alexandro, in quo fuit secūdum
imperium: vt dicam. j. tit. j.l. ex hoc iure & tamen in
ea non possunt iura doceri, vt hîc patet. Non obstat,
quod dicitur in vrbibus Regiјs &c. quia intelligitur
de vrbibus singularibus: scilicet Romana & Constā
tinopolitana, quę dicūtur vrbes singulares: vt. C. de
priui. eorū, qui in sa. pala. mil.l.j. lib. xij. & in quibus
iura nata sunt: vt. C. de feriјs.l. omnes. in auẗ. vt eccle
si. Rom. gau. cen. an. & in auth. vt prępona. no. Impe
f ra. ¶ Quid ergo,[f] si ciuitas[g] hoc priuilegio careat?
g Iaco. de Are. dicit, ꝙ si hoc habet ex cōsuetudine lō
gissima, sicut habet ciuitas Paduæ, possunt ibi iura
3 doceri legitimè: cum † talis cōsuetudo sit similis pri
uilegio. & facit quid licitum, sicut priuilegium: vt. j.
de aqua quotidia. & esti.l. hoc iure. §. ductus. & C. de
epis. & cler.l. quisquis. Et consuetudo inducit priuile
gium: vt in decretis. xviij. q. vlti. c. seruitium. & extra
de ver. sing. c. super quibusdā. §. pręterea. Item pro-
batur ꝙ expressum & tacitum æquipollent: vt. j. si
cer. peta.l. cum quid. Sed princeps permittēdo alibi
doceri, videtur concedere, & suam prohibitionem re
uocare: vt. j. de exercit.l.j. §. magistrum. ij. & j. loca.l.
cum in plures. §. locator. hoc sentit Iaco. de Are. di-
cens, ꝙ iura possunt doceri in locis permissis ex pri-
uilegio, vel consuetudine antiqua. quæ pro lege ser-
uatur. Vel ex permissione eius tacita vel expressa,
qui est Princeps, vel loco Principis in territorio suo.
& hic qui in talibus locis docent & docentur, debent
habere priuilegia, quę tribuit authentica habita. C.
ne filius pro patre. & quę tribuit lex de excusatio. tu
tor.l. sed reprobari. §. fin. ¶ Plus dicunt quidam mo-
derni, vt Richard. malum. ꝙ possint hæc iura hodie
doceri in qualibet ciuitate, vel castro: vt Mutinæ,
Rhegij, Parmę, Versel. & in castris, vt vidimus, ma-
ximè in prouincia Marchię Anchonitanę. Probāt:
quia vbi cessat ratio legis, & lex: vt. j. de iure patro.l.
adigere. §. quāuis. & j. de re mili.l. milites. Item cū ra
tio vincit legem, possumus facere cōtra legē rationi
adherendo: vt dicit glo. j. de acqui. rerum domi.l. qua
ratione. §. literæ. Sed ratio, quare prohibitum fuit iu-
ra doceri in aliјs locis, illa erat olim: ne iura peruerte-
rentur, & falsificarentur: cum in illis locis non erat
copie Iurisperitorum: sed cum hodie vbiq; sint Iu-
risperiti, nec sit locus peruersioni, vel falsificationi,
sicut olim: cessat ista ratio: & ideo ad hoc obseruan-
dum non tenentur. Quod mihi non placet: quia tem
pore huius legis multæ erant splendidæ ciuitates, in
quibus fortè maior erat copia sapientum, quàm in
ciuitate Beronytensi. & cum alibi nō possint doceri
iura, neq; in Alexādria, neq; in Cōstantinopolitana
ciuitate. Dico ergo, quod habere studium, vel licen-
h tiam docendi, procedit ex priuilegio tantum,[h] vel
ex consuetudine longissima: sicut Paduę, vbi est stu
dium generale ex consuetudine: & sic eadem priui-
legia sunt ibi, quę sunt Bononię: vbi est studium ex
consuetudine & priuilegio Lothariј Imperatoris, vt
dicunt quidam. ¶ Vnde ergo est ꝙ in publica do-
ctoratus examinatione dicit Episcopus, vel Archi
diaconus, damus tibi licentiam legendi hîc & vbiq;
locorum. Sed dic: quod vbiq; accipitur pro omni lo-
co, scilicet idoneo: vt. j. de muneri. & honori.l. vt gra-
datim. §. j. & argumentum. j. de his, qui sunt sui vel
alieni iuris.l.j. §. & quicunq;. cum sua gloss. ¶ Vlti-
4 mò † quęrunt hîc quidam, vtrum hęc pœna expul-
i sionis ciuitatis,[i] habeatur pro deportatione? & di-
cunt quidam, quod non, per.l. mathematicos. C. de
episcop. audien. vbi aliud est expellere de ciuitate,
5 aliud deportare. Quod est no. quo ad bannitos † no-
stri temporis, qui de ciuitatibus exbanniuntur. vtrū
habeātur loco deportatorū. quod dicemus. j. de offi.
præto.l. illicitas. §. qui vniuersas. & dixi in.l.j. C. de
hæred. insti. & ista sunt verba do. Cyn.

De iustitia & iure. *Rubrica.*

SVMMRIVM

1 *Imperator, an debeat esse Christianus, ut habeat iurisdi-*

f ¶ Quid ergo: vt hr̄. ī.c. causam quę. de pręscri. & in. c. sup quibusdam. §. prę-tereà. ff. de ver. sig. An. Barba.

POMATES.

g ¶ Ciuitas. Vide Alexā. consi. iiij. ij. col. & seq. ī. iiij. vol. & in cōsi. xxxv. fere p totū. in. ij. vol. & ad hoc vide aliquid p præpositū in. c. responsa. in. j. col. & seq. ij. distin.

h ¶ Priuilegio tantū. Et an doctores dicant hr̄e iurisditionem ordinariā, vide Bar. ꝙ sic in.l. ij. in titu. de op. leg. & Bal. in. d. auẗ. habita. in vlt. col. Sed an priuilegia concessa per auẗ. habita. habeant locū in forē-sibus tantū: an etiā in ciuib⁹. Bal. ibi videtur velle, ꝙ tantū ī forensib⁹. in. j. col. An doctores & scholares cuiuslibet sciētiæ habeāt illa priuilegia, ad qđ Bal. cōs. xxvj. j. lib. cōsuluit ꝙ grā non diceret subreptitia, ex eo ꝙ qs supplicauerat summo pōtifici se studere ī iure ciuili, non expsso loco, cū studeret Mediolani: quia ex antiqua cōsuetudine dicit hr̄e studiū generale, ex quo ibi legitur, & est ciuitas Regia & metropolitana.

i ¶ Expulsionis ciuitatis. bene facit. c. j. de vsu. in. vj. & in l. hi qui sancta. C. de apostatis.

a ✤POMATES. ¶ Tutor tñ. Adde qđ Iudeus pōt ita testari, sicut Christianus. Ita tenet Bal. p illum tex. in l. fideicommis. in prin. ff. de lega. iij. & nunquid Iudeus lige tur iuramento, vide Panor. consi. xxxix. ad fi. in j. volu. & vide Bal. consi. xv. in. j. col. & tribus seq. in. j. vol. Roma. consi. clv. in fin. & aliquid in. c. j. de Iudæ. per Panor. ibi & per Innocen. consi. x. in. j. colum.

b ¶ Iudeus esse. Vide Roma. in. l. pactum. C. de colla. p Bar. in. d. l. spadonē & ibi tenet contrarium eius, qđ dicit̄ hic per moder. in. c. fina. de Iudæ. in vl ti. qō.

✤POMATES.

c ¶ Huius timore. Nota q̄ verbum necessitatis, quandoq; scđm subiectam materiam accipitur de honestate. Quod amplia ꝓcedere etiam vbi adijceretur hic dictio precisē, vel omino: vt est text. i. c. j. in vers. debet omnino. cū gloss. de desponsa. impuber. & ibi Panormita. Pro quo text. vide glos. in verbo non debeant in cle. ij. de statu mona. & Iaso. post Alexan. in. l. j. ff. de iurisdi. om. iudi. Felin. in capi. nam concupiscentiam. ij. colum. de constitut. Barba. consilio. xxiiij. in quinta colū. in. ij. vol.

d ¶ Ius quid sit Ius. Vide glo. & Ioan. Andr. in mercur. in rubr. de regu. iur. in vj.

e ¶ Qn̄q; copula. vide plenius per Bar. hic. Adde post Alexan. Iaso. de copulatq;, Pet. de ancha. consil. cclxxij. Bal. consilio xiiij. & lxj. & cccclxxiij. & ccccxliij. & cxix. j. lib. & consi. ccclv. iij. libr. & ibi quid i poenis. & cō silio. xxxviij. & lxvij. & ccix. & pulchrè consi. cclv. & ccxij. iij. lib. & consilio. ccclxj. & cccclxij. iiij. lib. An. consilio. clxvij. & ccxciij. & xxvij. & xxxviij. Paul. de cast. cōsi. cxciij. p Card. consi. lviij. & cix. per Oldr. consilio. clxj. per Ang. consi. lxj. & Roma. consil. ciiij. hic per do.

tionem temporalem

2 *Iudæus hodie non potest esse tutor Christiani.*

¶ Rubrica nostra diuidit̄ in quinq; partes. In prima ponit inuocationem diuini nominis. In secunda ponit inuocationem imperialis culminis. In tertia enucleationem noui iuris. In quarta ponit nomē libri. In quinta ponit id, de quo ad presens tractare intēdit. Secunda ibi, domini. Tertia ibi, iuris enucleat. Quarta ibi, Digestorum. Quinta incipit, liber primus. ¶ Nota gloss. quæ est super verbo collecti. de cuius materia vide in precedenti, questiōe, & ibi dixi. ¶ Not. qđ etiā Imperator inuocauit nomen Domini: & sic fuit Christianus, vt dixi in princi. con-
1 stitutiōis. † Et ex hoc sequitur, q̄ si nō fuisset Christianus, non potuisset esse Imperator: nec habere temporalem iurisditionē. Gl. tractat in. l. spadonem. §. iam autem. j. de excusa. tuto. & in authen. iusiurandum, quod prestatur ab his. §. j. in prin. collat. ij. vbi dicitur, qđ non potest habere iurisditionem tem-
2 poralem, qui non est Christianus. Tutor † tñ a Chri-
a stiani potest aliquis Iudæus esse, b vt. d. l. spadonem
b §. iam autem. Quod pōt esse verū scđm illa iura antiqua: nō scđm hodierna: cum tutor iurare debeat tactis euangelijs, quod non prestaret Iudeus: vt in auc. vt hi qui ob. §. fi. col. vj. ¶ Sed contra ista ob. l. generaliter. §. fi. j. de decurio. Solu. vt no. C. de Iude. l. fi. & hoc mō intelligo dicta iura: vt. s. dixi. & dic vt. d. §. iam autem.

✤ SVMMARIVM. ✤

1 *Iustitia quomodo dicatur prius fuisse, quàm ius.*
2 *Copula &, quando requirat concursum copulatorum: & quando resoluatur in disiunctiuam?*
3 *Proclamatio facta per ptātem, quòd quicūque cæperit talē bannitū, habeat mille, quando ualeat?*
4 *Expensa facta capiendo bannitum, quādo possit repeti.*

IVri operam. ¶ Hoc principium vsq; ad. §. huius studij. diuiditur in quinq; partes, secundū Iaco de Are. In prima ponit, quid oportet facere volentē studere in iure. In secunda docet illud. In tertia probat pro authoritatem Celsi. In quarta ponit, qđ habeat quis conseq ex hoc studio. In quinta ponit, vnde sequitur hic honor. Secunda ibi, est autem. Tertia ibi, nā vt eleganter. Quarta ibi, cuius merito. Quinta ibi, iustitiā namq;. ¶ No. tex. ibi, bonos. Nam duplici de causa quis efficitur bonus, metu pœnarum & premiorū gratia. ¶ Oppo. & videtur, qđ debet primò audire institutiones: vt. s. in prima constitutione. §. discipuli. So. verum est, vt in contrario. ¶ Sed antequā veniamus ad materiā seu diuisionē Opp. dicitur hic: qđ studentes oportet &c. verbū oportet, denotat necessitatē: sed ad hoc, vt cognoscā aliqđ, nō est necesse, vt agnoscā principiū: Vnde op. de. l. neq; natales. C. de proba. & l. fi. C. vnde cogna. Huius timore c glos. exponit oportet. i. decet. Vel melius secūdū Dy. dic, qđ ad sciēdū aliqđ, nō est necesse scire principium ex quo. & sic contraria loquūtur: sed principiū propter quid, sic: vt hic. ¶ Dicitur hic, qđ Ius à iustitia
1 dicit̄: sic † prius fuit iustitia, q̄ Ius. Op. de. l. iustitia.
d in prin. j. eo. Solu. dicit gloss. debet exponi Ius d suū: id est meritū hominis. Vel melius secundū Dyn. q̄ aut consideratur Ius, prout est in habitu hominis: & tunc iustitia & Ius fuerūt, & sunt in omni tempore. Aut consyderatur ius, prout est in actu: & tunc iustitia fuit prius, & postea Ius. & sic intelligit hic. Nam Ius est virtus: iustitia est executio ipsius virtutis: vt institu. eo in princip. ¶ Oppo. extra gloss. dicitur hic. q̄ Ius est ars boni & equi. videtur ergo qđ Ius

tum etiam ponit de teste deponēte p verbū credo: vide qđ voluit Angel. cōs. iiij. & cclxxiiij. & de teste, q dicit videre suo, qñ ꝓbet, vide Bal. cōs. ccxxv. iiij. lib. Vnū dicit Ro. cōs. s. alle. ciiij. q̄ vbi testis deponit p verbū credo, q̄ si est approbatus p partē producētē, & per illud verbū deponit aliqd in fauorem alterius partis, qđ hoc casu plenè probat

semper disponat super bono & equo: quia natura
f copulę est, q̄ semper faciat concursum copulatorū vt. j. de condi. institu. l. si heredis. Sed tunc instatur: quandoque Ius disponit super bono, licet non sit æquum: vt in vsucapione. Quandoq; super æquo tantū respō. Qñdoq; qualitas vna copulatur duob9 substātiuis: & tūc non est verus concursus copulatorū: vt hic. Qñq; duobus adiectiuis, & tunc loquūtur contraria. ¶ Oppo. ad hoc. j. de vsufr. leg. l. si Titio fundus. Sol. ibi copula ponitur inter duo incompatibilia: & tunc resoluitur in disiunctiuam: vt. d. l. si Titio. Simile in. l. fi. C. de codi. vnde tunc copula accipitur, pro vel. ¶ Oppon. ad hæc de. l. ea tñ adiectio. j.
2 de leg. iij. Pro quorum solu. dic. † Quādoq; copula e
e ponitur inter duo incompatibilia: & tunc resoluitur in disiunctiuam: vt in. l. si Titio. Et ad quid valet, dic vt ibi: licet glo. aliter dicat, vt in auth. hoc locum
g C. si militer secun. nup. Quandoq; ponitur inter consonantia simul: & tunc aut consonant simul in vnū: vt quasi insit vnū alteri: & tunc dempta copula de medio, resoluitur in adiectiuum illius: vt. l. j. §. j. j. de pac. ibi, placitum &c. & arma virūq; cano &c. Si simul cōsonāt in vnū, vt genus & spēs: dic plenè vt p Dy. in. c. generi per speciē. extra de reg. iur. li. vj. Qñq; copula ponitur inter diuersa: f & tunc aut inter
f duo substantiua, non aliter verificata: & requiritur
g concursus copulatorū g, vt. j. de leg. j. l. huiusmodi. §. si Titio. & in omnibus legibus tractantibus materiā coniunctorum. Qñq; cadit inter duo adiectiua: & tūc aut respectu alicuius substātiui aut non. Primo casu requiritur concursus copulatorum: vt si dica-
h mus. Titius magnus h & albus: vt. j. de lega. j. l. Titię textores. in prin. Qñq; non copulat respectu certæ substantiæ: & tunc dic vt dicam in sequē. membro. Qñq; copula cadit inter orōnes: & tunc aut respectu alicuius accidentis, aut non. Primo casu requiritur concursus copulatorum: vt. d. l. si hæredi. Secundo casu non: vt. l. j. ad leg. corne. de fica. & l. j. j. de hisqui
i no. infa. Hæc sunt verba domini Iaco. but. in. q. de artificibus artis Bononien. tangam in. l. si is qui ducenta. j. de reb. dub. ¶ Item inducitur per Gul. ad. q.
3 † Potestas ciuitatis facit bannum, quòd quicunq; capiet talem exbannitum, habeat mille libras: vtrū
k valeat hoc k bannū siue ꝓclamatio? vr̄ q̄ sic: vt. C. de stat. & imagi. l. & vtutū & tex. in cōtrariū facit. vnica. C. de preb. falar. li. x. Sol. secūdū eū aut ptās hoc facit de voluntate gubernatorum ciuitatis: & tunc valet. i & ita intelligitur prima pars. Aut facit sua sponte sine aliqua causæ cognitione, & non requisitis gubernatoribus ciuitatis: & tunc non valet, & ita debet intelligi. l. vnica. C. de preb. sal. Aduertendum k est tamen, quòd posito quòd in hoc vltimo casu, nō
4 debeat habere premium: tamen expensa facta in illum capiendum, potest repeti. text est de capti. & postli. reuer. l. mulier. & dic vt ibi, & hic per Gul. Bartol.

✤ SVMMARIVM. ✤

1 *Dictio huius: denotat principium temporis.*
2 *Ius publicum qualiter consistat in sacris?*
3 *Ecclesia uendicatur per parochianum.*
Et quilibet potest conqueri de iniuria sibi facta.
4 *Ius priuatum à iure naturali qualiter discrepat?*
5 *Conuentiones illicitæ, quomodo dicantur de iure naturali?*
Et an ad peccandum, inducantur naturater. nu. 6.
7 *Matrimonium quod sit de iure utroque.*
8 *Parentum educatio, an fit de iure naturali?*
9 *Sacerdos, an sit persona publica: & possit alteri stipulari?*
10 *Sacerdos, nunquid possit esse tabellio? remissiuè.*

✤POMATES. ¶ Ponitur inter diuersa. Aduerte q̄ Bar. in isto mēbro vr̄ contrarius his, q̄ dixit in solenni. l. si hędi. plures. j. de cōdi. institu. ibi cm vult, q̄ quoties qualitas vna copulatur duobus substantiuis, q̄ nō requirit̄ concursus copulatorū, hic vero dicit totū cōtrariū. & vide hic Decium.

✤POMATES. ¶ Concursus copulatorū. hoc tamē fallit quoties inter illa substātiua caderet ordo charitatis: tunc enim nō requiritur concursus copulatorū, per ea q̄ volunt docto. in l. Gallus. §. j. post glo. ibi. j. de liber. & posthu.

✤POMATES. ¶ Titius magnus. hoc tñ intellige, qñ adiectiua copulantur respectu certi detrimenti, & speci fici substantiui, vt in exemplo Barto. vt per eundem in l. q. cōcubinā. i pri. p illū tex. j. de lega. iij. qđ tñ vr̄ cōtrariū dicit p. l. si Titiū. hic al. vbi substātiuum suos, est indeterminatū, & nō requiritur concursus copulatorū. cogita.

¶ Dñi Iacob. butr. de qua. q. etiā facit mētionē Bald. i. l. j. ad fi. C. de cōd. iser.

¶ Vtrū valeat. An ptās possit dare p̄miū capiendi exbānitum, adde qđ hē in. l. oēs. ff. de iur. mili. & qđ ibi dixi & in. l. præses. C. de transac. adde Bar. p illū tex. in. l. iiij. i fi. C. de naucular. lib. xj. vide Bart in l. si liberum. in fin. de plagiar. & Bart. in. l. peñ. C. cō. vel epistolas. vide Ange. in. l. interesse. de acqui. pos. & in. l. j. in prin. j. qđ quisq; iur. & vide Angel. & Bald. hic bene facit qđ no. Gul. & ibi dixi post Bart. in. l. j. §. ad. l. Rhodiam de iac. & istam l. mulier. allegat Bal. in. c. domino guerrā. hic finit̄ lex & incipit consuetu. reg. q̄ si cœpi bannitū, & expēdi in ista captura, fiscus tenet̄ mihi restituere expensas, per. d. leg. quam not.

Iaf. allegatos, q an sint cōtrarij, vt ipse dicit reprehēdēdo Ro. tu ipse vide. Et inq̄tū subdit, q̄ si dico, sñīam nullā: & si qua sit, appello qđ nullitas videt̄ eque principaliter intentata. vide ipsum Alex. in. c. dilecto. extra de app. Cal. consi. xiij. de appel. Bal. cōsi. cccclxiiij. iiij. lib. Ange. consi. cclvj. inquā-

iustitia est virtus ius est executio

a ¶ Huius studij sit publica. Et quot modis sumatur ius publicum, vide Bal. in.l.j.in.j.col.C.de sacrosan. eccle. & ibi etiam Barto. & Bald. in.l.j. in.iij. col.solut.matrimo.

b POMATES. ¶ Vltimò inducit Gul. quòd publica vtilitas cõsistit in sacerdotibus. vide quid inferat Oldr.cõsi.xcvij.& cõsi.cj.& Panor. consi.lxxxj.in fin. col.in vlti. dubio. & aliquid per Feli. in ca.ex parte.j.iij. col.& duab⁹ sequẽtibus. de test.& .c. cũ olim.j.ij. col.eo. titu. Bart. consil.j. sub.j.distin.

POMATES.

e ¶ Alteri stipulari. Doctrina Bart. est cõmunis, vt hîc inquit Dec.cui adde Bald.in.l.j.in.§.iniuria.de pace iura. firm.de quo tñ vide hîc Deci.& Panor.ĩ cõsi.lxiij.col. fina.volu.ij. & do. Præposi.ĩ.c. ius publicum.j.distin.

d ¶ Persona publica. psona publica potest alteri stipulari: & sic presbyter si est persona publica, hoc pôt. Et q sit persona publica, vide p Azo.ĩ summa de sac.san. eccle.& in.c.dudũ. de conuer. coniug. & Ioan.and.in.c.sicut.ne cleri.vel mona. & hîc adde do. Antoñ. in princi. decreta. in penult. col. per Bald. hîc. & per Ange. hîc.

e ¶ Tabellio. An sacerdos possit esse tabellio. vide Barto. in.l.seruus.j. de testamentis. & dicit Ioan.and.in.d.c.sicut.q potest facere testamentum.facit quòd habetur.in.c. relatum. & in.c.cũ esses.de testamentis. & vide quę dixi post Bald. hîc. Adde etiã post domi.meum Iaso.dũ ponit, q sacerdotes sunt partes reipu. Oldr.consi.xxxij. & an clericus possit esse tabellio, vide Bald. consi.ccc. iij.lib.vbi voluit, q clericus damnatus de falso, & priuatus officio tabellionatus, non possit restitui per Episcopum. Inquantum b etiam tangit, an valeat statutum, q mulier non possit contrahere matrimonium sine consensu patris, vel fratris. De primo vide Petrum de Ancha.consi.xx. De secundo Bald.consi.cccxxix.iiij.lib. & vide quod voluit Oldr.consi.xvj.& quo ad limitationem de sacerdote parochiali, vide quoddã consi. Gaspar.cal.inter consi.Bal.xxv.j.lib.

a **Huius studii.** [a] Hic Iurisconsultus incipit tractare per modũ diuisionis, & procedit vsq ad.l. iustitia.j. eo. exempla ponẽdo. Et diuiditur prĩcipaliter in quatuor partes. In prima ponit diuisionẽ Iuris. In scđa assignat rõnẽ. In tertia ponit substantiã iuris publici. In quarta prosequitur secũdum membrũ diuisionis: videlicet de iure priuato: & illud tripartitum. Secunda incipit ibi, sunt enim quędam. Tertia ibi, publicum. Quarta ibi, priuatũ. ¶ Not.† q dictio huius, denotat 1 principium temporis, vt in cor.de hęred.& fal.§. hinc nobis.& melius in.l.placet.C.de sac.sanc.eccle. & not. per Iac.bu.in.l.j.si quis tau.& ibi dicã. ¶ Oppo.nam quęlibet villa habet ecclesiam sacrosanctam: non tamen pertinet ad statutum rei Romanę, cuius contrarium dicitur in glo. Sol.dico, q hoc etiam spectat ad ciuitatem Romanam, & eius statutũ: quia aliàs respublica Romanorum non esset perfecta ex suis partibus, vt.j.tit.j.l.ij.post prin.vbi debet esse, vt ibi dicitur. ¶ Oppo.& videtur q vtilitas priuatorum sit publica: nam interest reipublicę locupletes habere subiectos, vt insti.de his qui sunt sui vel alie.iur.§.peñ. Solu.est verum, q vtilitas priuatorũ est vtilitas reipublicę, secundario tamẽ. ¶ Opp.dicitur hîc q procreatio liberorum &c. Et dic, vt in glo. & potest dici 2 q illa generaliter ex instinctu naturæ procedit.& idem de naturalibus. ¶ Quęrit glo.† qualiter ius publicum consistat in sacris, quã not. quę incipit, consistit ius publicum. de quo habes tex. in.l.j.in.j.respõ- 3 so.j.de interd.& plus: quia† ecclesia potest vendicari per parochianum ecclesiæ. de quo per glo.in.l.iubemus.§.sanę.de sacrosanc.eccle. Et nota subtiliter, q quilibet potest cõqueri de iniuria sibi facta, vt.C. de episco.& cle.l.si quis in hoc genus. ¶ Item dicitur hîc, q Ius priuatorum est collectum ex naturalibus 4 pręceptis.† Quero quid discrepat Ius priuatum à iure naturali. dic vt in glo. Gul.de cug. eam reprehendit: quia cũ ius naturale sit commune omnibus animalibus & brutis & cæteris, non consideratur de locupletatis, & ideo dicunt ipsi in educatiõe filiorum, 5 quæ contingit in brutis &c. ¶ Quæro, quid† de illicitis conuentionibus: nunquid sint de iure naturali? & glo. videtur velle, q sic: si intelligis naturali.i. à iure diuino: & dic q nõ. Si vero intelligas de eo, de quo loquitur text. noster: & dic q sic: quia primus animi motus, non est in potestate nostra à natura: non ta- 6 men actu, secundũ glo. ¶ Sed† quero, nunquid naturaliter inducamur ad peccandũ? text. est in authẽ. 7 de testi §.cũq.&.§.pen.col.vij. ¶ Quero extra † gl. nunquid matrimonium sit de iure naturali, vel gentium vel ciuili? & videtur q sit de iure naturali. Item de iuregentium: quia consensus & coitus & similia, sunt de iuregentium. vt.l.consensu. de act.& obliga. Item videtur, q sit de iure vtroq, & de iure naturali & diuino per ordinationem à iuregentium propter confirmationem, & propter formam traditam a iure ciuili: cum ipso iure sint prohibitę certę nuptiæ illicitæ; vt.j.de repu.& insti.de iure naturali.in prin.& 8 hoc approbat Gul.de cug. ¶ † Quæro vtrum educatio parẽtum sit de iure naturali? & videtur q sic, propter identitatem rationis. Contrarium determinat Gul.hîc; q imo est contra ordinem naturę, & ex accidenti procedit; vt.j.de libe.agnoscen.l.si quis à libe ris.§.siue l parens. Vel potest dici, q hoc non sit de iure naturali: & tamen ius naturale est, vt benefacienti benefaciamus; vt.j.de peti.hære.l.sed & si lege.§.cõsuluit. ¶ Vltimò inducit Gul. [b] de cug. ad quæstio- 9 nem, † cum dicit, q ius publicum consistit in sacerdotibus &c. quod sacerdos sit persona publica. Vnde quæro, nunquid sacerdos possit stipulari alteri? [c] c videtur q sic: quia est persona publica, [d] vt hîc colli d gitur, & sic vt seruus publicus videtur alteri stipulari posse: ita presbyter. De seruo habes.j. de adopti.l. non aliter. Pro hoc tex. in authen. quib.mo.natu.effi ciun.legit.§.quantum. Licet quidam dicãt, q ille.§. loquitur de scriptura priuata: tamen non est verum: quia de publica loquitur. Quod patet: quia ponitur in instrumentis dies & consul. quod in scriptura priuata non requiritur; vt.j. de pignori.l. cum tabernã. §.fi. Item facit.C. de his qui in eccle.ma.l.j. In contrarium videtur: quia certę sunt personæ quæ possunt alteri stipulari, quę ponuntur, vt insti. de inuti.stipula.§.si quis alij. Sed sacerdos non est de illis: ergo &c. Solu.dic, q aut sacerdos stipulatur in casu ad eũ pertinente; vt si vsuras quis promittit sacerdoti restituere nomine omnium, quorum interest; & valet, text. est in.c.quãq.extra de vsur.lib.vj. & sic possunt intelligi primo loco alleg. Aut stipulatur in casu non pertinenti ad eum, & non valet; vt in secundo loco 10 alleg.& vide Ioan.and.in.d.c.quãq.† Sed nunquid e sacerdos possit esse tabellio? [e] vide tex. extra ne clerici.vel mona.c.sicut.& quod ibi not.& in Spe.de fide instrumen.§.restat. versiculo quid si tabellio. ¶ Et ad id quòd dicit, an per tabellionem quæratur actio f potest poni exemplum, [f] si aliquis confitetur sacerdoti, quòd habet centum, quæ fuerunt Semproniĳ: & sacerdos non vult aliter eum absoluere, nisi promittat sibi, q illa centum restituat Sempronio; an 10 ex promissione quęratur Sempronio actio? [g] & tenet Gul. q sic, vt dixi. Et idem in simili, vt ponitur in seruis. hoc modo tenet Gul. Pro hac opinione de hac stipulatione, qualiter per publicam personam quæratur. dicam in.l.non aliter.j. de adop.

h **Ius autem.** [h] ¶ Not. ex isto.§.&.l. sequen. quòd quis debeat suæ patrię si ne prouincię obedire; [i] vt dicit Cato: Pugna pro patria.& cuilibet de patria pmissa est defensio patrię suę tanquã ad se pertinens.

f ¶ Potest poni exemplum. Dic q sic, nisi in causa matrimoniĳ. gloss. est singula.in.c.tua nos.extra de spon. And.Barb.

g ¶ Quæratur Sempronio actio. Adde q si quis promittat sacerdoti in confessione restituere vsuras, vel aliud cuidã tertio; illi tertio acquiritur actio. facit quòd in simili not. Barto. in.l. si tibi.§. quidam.j. de pact. per Gui.de susa, in.l. cum clericis.C. de episcopis & clericis. Bene facit quòd not. Bald. in.l.rationes, ad fi. C.de probatio. & vide Ion.andrę.de instrumento. edit. §. nunc aliqua. in versicul. item pone &c.

h ¶ Ius autem. Ad illud, quòd hic tangitur, vide casum in.l.nemine.j.de religio. & vide gloss. ibi restringentem illum text. de quo Fulgo. hîc. Andrę. Barba.

POMATES.

i ¶ Obedire. Vide quid ex isto textu inferat Raphael cuma. cõsi.lxxxij.& Barba.consi.lvj.in j.col.in.j.vol. & cõsil.xliiij.in.viij.col. in.ij.vol. vide glos. in.l.ciues.C. de incolis.lib.x. & allegata per Bartol. in l. neq.§.j.ff. de testa.mili.

k ¶ Et forma.q. Sed quid si pater & patria inimul mandant licitũ, cui magis tenetur parere? videtur q patri: sed tex. videtur probare, quòd patrię. l. militem.C.de procura. fortè potest colligi solutio ex.l. postliminium.§. filius.ff.de capti. & postliminio.reuersis. Andræas Barbatia.

l ¶ An reipublicę. Cui debeat potius pareri, an patris an parẽtibus, adde q Baldus in.l.qui necessitati.C. de aduoca. diuer. iudic. dicit q aduocatus debet potius aduocare pro patria, q pro patre.p.l. post limiuium.§. filius. de capt. Tu adde tex.in.l.pe. in fine. Vbi no.j.de postu. per Specul.in titu. de aduoc.§.j.versi. quid si pater.& versi.sed nunquid clericus. & versicu. sed nunquid potest quis. Et adde quòd si ciuis derelinquat ciuitatem periclitãtem, perdit ius ciuitatis scđm Bald. per illum text. in.l.ij.C.de infa. expo. & de.q. hîc forma, vide hîc Ange.in.l.proxi.§.fi.

SVMMARIVM.

1 *Parentibusue, an patriæ sit parendum magis.*

Veluti. Opponitur, quòd religio erga deum consistit in sacris: ergo debuit poni sub iure diuino, siue publico: & tamen ponitur sub iure priuato, vt hîc vides. Sol. vt in gl. quæ incipit, sed nonne &c. Vltima opinio est per domi. Iacob. approbata, sed prima opinio videtur satis melior: quia si vere ius publicum consistit in sacris. vt.§.ius publicum. in.l. j.s.eodem.& ita ius priuatum potest in sacris consi- k stere: quia ius non prohibet. Et forma.q. [k] quam format hic Odofred. & Francis. Accur. videlicet, † cui l l sit parendum potius, an parenti, an reipublicę; [l] videlicet, aut pater committit illicitum contra rempublicam aut non, & aut sunt in pari necessitate aut non, & fortè ista necessitas parentum debet differri per iura, quę possunt pro illa parte allegari.

SVMMARIVM.

1 *Banniti nostri tẽporis, q non possunt de iure communi offendi impugne.*
2 *Bannitorum bonis potest dannum impugnè dari.*
3 *Vim inferre alicui quãdo liceat, & quãdo liceat se defendere.*
4 *Bannitus qui ex forma statuti potest offendi: si se defendendo occidit, punitur: & iterum est exbanniendus.*
5 *Filius & seruus non possunt percutere patrem, & dominum eum uerberantem.*

Omnis

a ¶ Defendere, & quando licita sit defensio, & quādo in rebus & in personis, adde bonam glos. in c. significasti. el. ij. de homi.

b POMATES. ¶ Nunquid de iure comm uni &c. vide aliqua per Pau. de cast. in l. raptores. C. de epis. & cler. plenè per Felin. in c. quæ in ecclesiarum. de constit. ij. colum. & sequen. Pau. de ca. in l. addictos. C. de episcop. audien. & aliquid per Felin. in ca. ad nostram. in ij. colum. de proba. & vide Cepol. consil. xl. columna fina. & consilio. l. Bart. cōsil. clxxxj. Barba. consilio. xlviij. volumine. ij. Adde etiam Bald. in l. cū mulier. ix. colum. ff. solu. ma. & in l. j. colū. antepenul. C. de hęre. institu. & vtrum vindicta sit licita, vide Nicolaum de lyra. matth. vij. in princip. & Barba. consi. xlvj. ij. volumine. & Præpositum ca. consuetudo. columna vlti. j. distin.

f ¶ Item dicitur hic. An liceat resistere officiali, vide Baldum in l. addictos. C. de episco. audien. & quod not. in l. prohibitum. C. de iure fis. libr. x. Andrę. Barba.

g ¶ Aduerte. Vide quę dixi in l. j. in fin. C. quorum ap. & est tex. & ibi doct. in l. quoniam iudices. C. de ap. Bene facit quod no. Bart. in l. vis eius. C. de probat. plenè per Pau. de leaza. in commento rubri. de restit. spo. in antiquis. & quod no. Bald. in l. sed eximēdi. §. item si qs. j. ne quis eum qui in ius voca. vi exi. & Ang. & Ful. in l. j. in prin. eo. titu. per Cy. in l. j. in fi. C. vnde vi. & ibi Bald. in iiij. col. & Angelum in l. iij. j. de his, qui sunt sui vel alie. iur.

SVMMARIVM.

1 *Iniuria omnis quæ fit à parente usque ad septimum gradū, non præsumitur animo iniuriandi.*

5 *Defensio qñ sit de iure gentium, & quando de iure naturali?*

Defendere se, qđ non liceat cōtra dormientē, uel mētecaptū.

Copula &, in dispositionibus legalibus, ponitur pro puncto orationis separatæ.

6 *Offensio quando sit licita pro defensione rerum? Et pro defensione alterius, quando liceat aliū offendere. nu. 7.*

8 *Filius uel seruus non tenetur in atrocioribus obedire patri, uel domino.*

9 *Defendere alium, quando quis teneatur?*

10 *Authoritas gloss. est maior, quam sit authoritas Dyn. & Iaco. but.*

11 *Defensio, quæ dicitur moderata?*

12 *Insultatus quando teneatur fugere, & se non defendere.*

VT vim. ¶ Quæritur hîc, an mihi
a liceat me defendere.[a] dici
tur qđ sic. & hoc est in quibusdā aĩliabus.
Sed lex vult ĩducere, quo iure. Dic qđ est
de iure gentium, sed in aĩalibus est de iure naturali. &
ideo cū tractatum sit. s. de iure gentium, nō cōtinuat
ab eo. Et rō est: qa illud est licitum, cuius cōtrarium
est illicitum. sed licitū est vt homo fraternizet cum
alio, & alius cum alio: ergo in contrariū est nefas. &
si cōtrarium nefas esset: ergo fas esset resistere. Pri-
mò no. quod quis ob tutelam sui corporis fecerit, iu
re fecisse videtur. ¶ Item not. quod defensio contra
iniuriam propulsandam, videtur inducta de iure gē-
1 tium scilicet quia licitum. ¶ Quod facit† ad. q. Nū-
b quid de iure communi[b] liceat nostros bānitos offen
c dere?[c] pro hoc facit: quia banniti nostri temporis ęq-
d parantur deportatis: vt est gloss.[d] in §. relegati. insti.
qui. mo. ius pa. po. sol. Sed ego video, quod deportati
nō perdunt ea, quę sunt iuris gentium: licet perdant
ea, quę sunt iuris ciuilis: vt. l. quædam infrà de pe. &
l. j. C. de hered. insti. Sed si hoc est: hic est eis reserua-
ta defensio: ergo est illicita defensio. In contrarium
videtur facere. l. iij. §. transfugas. infrà ad legem Cor.
de sica. vbi dicitur, quod ille, qui transtulit se ad ho-
stes, de iure communi potest occidi. Item quia indu
co aliter & extensius: vt dixi ibi in l. amissione. §. fin.
j. de capi. dimi. Quia nil aliud sunt banniti, nisi ho-
stes ciuitatis suę. & si nobis licet occidere transfu-
gas ad hostes: multo magis ipsos hostes. Sed ego di-
co, quod de iure communi non licet: quia sunt duæ
quæstiones: quia aliud est dicere nunquid bannitus
posit occidi. aliud est dicere: nunquid eoipso, qđ est
banitus lex posit inducere occisionem: & hęc non
est quęstio mea, sed prima. Et dico qđ nō ob. §. ille:
qa ibi est casus specialissimus propter maximū præ
iudicium, qđ infertur propter reuelationem secreto-
2 rū & similiū. Est† tamen verum, qđ alibi glo. voluit
dicere qđ in rebus eorū posit damnum impunè da-
e ri:[e] vt in gl. in x. col. de pāce tenē. c. j. §. si quis alium. ĩ
ti. de mili. vasal. gl. fi. Quę gl ad istā. q. est valde not.
quia gl. illa signanter posuit, qđ in bonis eorum dā-
num dari posit: non autē dixit in persona. ¶ Item
f dicitur hîc,[f] qđ vim vi licet repellere. Contra: quia
debet adhiberi cū moderamine, quòd culpa careat:
vt. l. scientiam. §. qui cum aliter. ad leg. aquiliam. & l.
j. C. vnde vi. Solu. glo. ego dico, quod existente iure
gentium ante, q̃ superueniret ius ciuile concedebat
ista defensio: superueniente iure ciuili, moderata est.
3 & bene. ¶ † Oppo. ad hanc legem: quia lex dicit,
quòd non licet alicui se defendere: imo debet, qđ sibi
infertur, ęquo animo tolerare: vt. l. qui restituere. j. de
rei vendica. & l. si quis iussus. j. ne vis fiat ei. vbi ab
executione facta per vim, non licet se defendere. So
lutio: interdum infertur violentia à priuato: inter-
dum à publica persona: vt est executor. Primo casu
loquitur hæc lex. Si à publica persona: tunc loquitur
g contraria. ¶ Sed ad hanc solu. aduerte:[g] quia gloss.
alibi valde bene distinguit in l. non videtur. §. quod
iussu infrà de regu. iur. Dyn. in c. quod quis. in eodē
titu. in vj. de quo vide & ibi per eos. & recita hîc il-
lam distinctionem: quia non addo aliquid. ¶ Item
oppo. & videtur quod hæc solu. non posit stare:
quia videtur etiam quod à priuato illata iniuria nō
posset repelli: vt. l. extat infrà quod me. cau. & l. iiij.
infrà ad leg. aquil. Solue, & nota: quia aut infertur
vis à priuato licitè, aut illicitè. si licitè: & tunc dico
non quod liceat vim inferre. & ita loquitur contraria.
Si vero infertur illicitè: & tūc licet defendere: vt hic,
h & l. j. C. vnde vi. ¶ Quæ solu.[h] determinat, quod† si
4 aliquis offendat bannitum, quem licet ex forma sta
tuti offendere, quod si bannitus ad sui defensionem
occidit ipsum: nunquid bannitus debet puniri? & di-
i cit ista solu. quod sic:[i] quia vbi est iusta offensio: ibi
reprobata est defensio: vt in hac solutione. & sic est
in proposito. ¶ Ex quo dico, quod est iterum exbā
niendus. Vel si capitur, iterum puniendus. quod vo
luit sentire glo. in l. j. C. quando li. sine iudi. & ibi glo.
k licet non multum clare. ¶ Ad hoc facit,[k] si quærit:
si filius verberaret patrem: vel seruus dominum: qui
eum percuteret. Ex hac eadem solu. possumus dice-
re. quod non licet filio, vel seruo recalcitrare in pa-
trem, vel in dominum se defendendo: cum pater
posit licitè offendere filium: vel dominus seruum:
vt in l. ij. iij. & iiij. C. de patria potesta. & de emend.
ser. & propin. per totum. Ad qđ etiā facit: qa licet li-
cita sit ista talis offensio adeo, quòd defendi non pos
sit: quia fit per patrem & dominum. Quod not. glo.
in l. vestem. de iniur. & ibi glo. sentit, quòd omnis in-
iuria quæ fit à parēte vsq; ad septimum gradum, nō
præsumitur animo inferendi iniuriam: ergo non po
test dici, nisi licita. Ad hoc posset induci glo. in l. j. j.
de sica. in quadā solu. ibi posita: quā no. ¶ Sed tu op.
de eo. ti. de parri. ff. & C. vbi sunt personæ ita coniun
ctę, vt pater & filius: & tamen ibi non cessat pœna
illius ti. imo atrociori pœna puniuntur. Solu. verum
est in criminalib⁹ atrocissimis: qa cessat illa præsum
ptio: in alijs nō cessat pręsumptio: vt glos. pe. leg. no-
stre & similes. Et facit pro quæstio. prima, nunquid
liceat offendere exbannitum impune. ¶ Opponi-
5 tur: dicitur hîc† quod iure gentium hoc venit. Imo iu
re naturali: vt. l. j. §. cum arietes. j. si quadru. pau. fe. di.
Gloss. videtur voluisse soluere, licet succinctè: & nō
clarè. quod aut loquimur de vi iniuriosa: & ista est,
quam licet iure gentium propulsare per aliam vim:
vt hac lege. Aut loquimur de vi nō iniuriosa: & tūc
illam talem vim posset propulsare, cōpetit enim iure
naturę. & sic loquitur. d. l. j. §. cum arietes. In contra-
riū alleg. quasi velit dicere, quod animal, quod sen-
su careat, vt aries, & similes, non dicitur iniuriam
facere vel recipere: quia non habet animum, ex quo
animo causatur iniuria. l. j. in princip. si quadru. pau.
fec. di. Quam solu. no. quia per eam videtur restrin-
gi effectus huius leg. Quia & si licet per hanc leg. p-
pulsare iniuriam & vim, & iniuriosum factum per
l. edita. C. de eden. vbi hoc plenè per Bar.

SVMMARIVM.

1 *Relatiuum quis uel qui, quando ponatur declaratiuè, quando restrictiuè, & quando augumentatiuè.*
2 *Princeps solus constituit legem uniuersalem, populus particularem.*
3 *Populus carens iurisdictione, sine authoritate superioris circa causarum decisionem statuere non potest, secus circa administrationem rerum suarum.*
4 *Populus habens omnem iurisdictionẽ, potest statuta facere sine superiore.*
5 *Pupillus qui habet iurisdictionem limitatam in quibus habet iurisdictionem, potest sine superiore statuere.*
6 *Collegia licita in pertinentibus ad ipsos collegiatos possunt statuta facere.*
7 *Ciuitatis pars in pertinentibus ad ipsam partem, potest statuta facere, secus quo ad causarum decisiones.*
8 *Rex, legati sedis apostolicæ, & alij maiores iudices similes prædictis, possunt facere statuta.*
Comites, Barones, Marchiones, Episcopi & alij habentes dignitatem perpetuam, possunt statuta facere.
Potestates, & rectores ciuitatum, statuta facere possunt, & circa quæ.
9 *Præsides prouinciarum mißi ab ecclesia, non possunt facere statuta sine consilio prouincialium.*
10 *Maiores iudices dicuntur illustres, uel spectabiles.*
11 *Potestas, qui habet arbitrium imponendi pœnam, ubi nõ est taxatum à lege, uel à statuto, non potest illam declarare in principio sui officij.*
12 *Magistri grammaticæ possunt facere statuta circa bonos mores, & pœnalia alicuius coerctionis, non tamen pœnalia pecuniaria.*
Magistro sicut patri, est obediendum.
13 *Excommunicati interdicti non possunt facere statuta.*
Banniti ab imperio, non possunt statuere.
14 *Statuentes, & non habentes potestatem si dolo malo causa occupandæ iurisdictionis faciunt, incidunt in. l. Iul. maiestatis.*
15 *Statuta qualiter fiant.*
Princeps solus potest condere statuta, licet humanum sit, quòd consilio procerum utatur.
16 *Populus quomodo poßit statuta condere? ubi ponit duplicem modum.*
17 *Statutum si fiat ab his, qui remanserunt in ciuitate, quòd ualeat, qñ absentes sunt iustè expulsi, secus si iniustè.*
18 *Consensus omnium simul requiritur, & non sufficit quòd separatim omnes consentiant, quando statuta cõdũtur.*
19 *Voluntas populi in condendis statutis, potest per signa & nutus explicari.*
20 *Populus tantum, & non alius iudex potest alteri demandare, & committere, quòd faciat statuta.*
21 *Statuta facta super dispositis à nullo iure, ualent, & super dispositis à iure naturali, uel gentiũ addẽdo, uel minuendo, in totum autem tollendo non.*
22 *Statui quando poßit super dispositis à iure diuino.*
23 *Statutum, quòd bannitus poßit impunè occidi, ualet.*
24 *Statutum, quòd qui per decem annos non petiuit debitum, cadat à iure suo. non ualet: secus si dicit, quòd instrumentum præsumatur fictitium.*
25 *Statutum si dicit quòd contractus minoris, etiam si fuerit iuratus, non ualeat, nisi interuenerit consensus duorum consanguineorum, non ualet. secus si dicit, quòd aliter factus præsumatur dolosus.*
26 *Statuere quando poßit super dispositis, uel prohibitis à iure communi.*
Argumentum de pacto ad statutum, quomodo procedat.
27 *Statutum factum à ciuitate, ne à sententijs suorum iudicum liceat appellari, an ualeat.*
28 *Statuta super his, quæ per statuta eiusdem ciuitatis disposita sunt, quando possunt alia fieri.*
29 *Statutum primum præcedens quando poßit per sequens postea mutari.*
30 *Stututum, quòd qui uenerit ad habitandum in tali castro, gaudeat immunitate perpetuò, non potest reuocari in præiudicium eorum, qui iam uenerunt.*
31 *Statutũ præcedens habens clausulam derogatoriam ad secundum, quando poßit per secundum reuocari.*
32 *Statutum prumum, si est iuramento firmatum quando poßit per secundum tolli.*
31 *Statutis reuocandis eadem solennitas, & authoritas requiritur, quæ in condendo.*
Iuramentum an habeat uim uerborum derogatoriorum.
Et quando in primo statuto sunt uerba derogatoria & iuramentum, an poßit per secundum reuocari. nu. seq.
35 *Statuta duo, si sunt in eodem uolumine contraria, attenditur ultimo loco positum, nisi poßint per distinctionem reduci ad concordiam.*
36 *Statuta quos ligent. remißiuè.*
37 *Statuta à quo tempore ligent.*
38 *Capiens scienter bannitum, debet habere præmium statuti, etiam si statutum ignorauit.*
39 *Statutum postquàm habuit uigorem, an liget solum sequentia, an etiam præcedentia.*
40 *Statutum quomodo trahatur ad præterita iam decisa, & ad nõ decisa & depẽdẽtia, etiã si in statuto hoc dicat̃.*
41 *Negotium dicitur decisum, seu finitum, quod est finitũ trãsactione, sñia, solutiõe, iuramẽto, acceptatiõe præscriptione uel similibus*

a ¶ Sed quæro de descendentibus. vide Felin. in rub. de exceptio. in. j col. c. sequen.

b ¶ Ius ciuile. quo modo aũt differat ius legale à iure naturali, vide Ioã. an. in regula possessor in. ij. qõ. in mer. vbi alleg. istã leg. & vide quæ no. doc. in rubri. de consti.

c ¶ Itẽ no. quod ius. Idẽ dicas in tutore in testõ inualido, si confirmatur à iudice dicitur datus: vt hic per Ange. secus si daretur, vide Bal. ĩ. l. edi. & pau. de leaza. c. quod sicut. extrà de elect. Andræ. Barba.

d ¶ Nouus libellus & factũ not. ca. ij. de consti. in. vj. l. j. §. j. j. ad. l. falc. vide Bald. in. l. edita. in xj. col. de edẽ. & in xxxiij. colũ. bñ facit quod dixi post Bart. in. l. talis scriptura. ad fi. de le. j. & Ang. & moder. in. l. scire debemus in prin. de ver. ob. per bal. in. l. edit. in repe. Perusina. in vj. qõ. principali. & quę scripsi in. d. l. scire debemus. post Io. de Imol. ibidẽ vide not. per Ange. & alios in. l. j. §. si quis simpliciter. in. ver. dũ adijcitur de ver. ob. & ꝙ no. Barto. in. l. qui fundũ. j. de contra hen. ẽpt. adde Inn. in. c. j. de libel. obl. & ibi voluit, quòd si opponat̃ aliqd vel adijciat̃, ꝙ poterat cõprehendi sub generalitate libelli, non dicat̃ nouus libellus. & idẽ Bal. ad hoc facit. l. in delictis. §. si detracta. de noxali. Declaratio autẽ bene admittit̃ post terminum, p not. in. l. hæredes palam. §. sed si. de testa. vide Dyn. in regula: in obscuris. Adde post cõpatriotam meum inquantum in tertia eius decisione dicit, ꝙ per illa verba, authoritate nostra ordinarius efficit̃ delegat⁹, quod pulchrè voluit Ro. cõsi. cclxxxv. vbi videbis an Alex. eum debitè reprehendat. in. l. viro atq; vxore. j. so. ma. Quo verò ad id, quod tangit an reficiens dicatur de nouo facere vide quæ posui. l. j. ij. de ope. noui nun. Quo verò ad id, quod vltimò tangit de testamẽto facto apud barbaros. Adde quod Bal. aliter loquit̃. consil. clxiij. cum seq. in. ij. lib. incip. consilium in Damasco, non seruatur ius Romanorum.

uel similibus.

42 *Statutum, q̃ fœminæ non succedant, & habeant locum in præteritis, non comprehendi fœminas, quæ habuerunt partem suam, uel cum fratribus diuiserunt.*

43 *Statutum trahitur solum ad futura, quando hoc expresse cauetur.*

44 *Statutum simpliciter loquens, quando trahatur ad præterita & futura.*

45 *Statutum, quòd uiso instrumento, iudex faciat capi debitorem, nec possit opponi contra instrumentum exceptio, nisi solutionis, quietationis, falsitatis, & quomodò habeat locum in instrumentis ante statutum confectis?*

46 *Statutum quòd possessor bonæfidei præscribat quinque annis, possessio habita ante statutum non prodest.*

47 *Statutum, quòd uxore mortua in matrimonio sine filijs, uir lucretur tertiam partem, habet locum in dote data ante statutum, si uxor post moriatur.*

48 *Statutum in delictis quando trahatur ad præterita, uel futura. & nume. 51.*

49 *Pœna quando est ordinaria, & propria, semper inspicitur tempus delicti, in delictis.*

50 *Tempus sententiæ inspicitur, quando pœna augetur, uel diminuitur ex aliqua causa.*

51 *Statuta à populo facta sunt perpetua, & ita actiones ex eis descendentes. facta autem à iudicibus. tunc actiones pœnales ex eis descendentes sunt temporales.*

52 *Appellari à statuto generaliter condito, non potest. secus si statutum est factum contra singularem personam.*

Statutum ex coniecturis potest deprehendi, etiam per uerba generalia loquẽs, quod fuerit factum contra particularem personam.

53 *Statuta quam interpretationem recipiant?*

54 *Statutum quomodò dicantur recipere interpretationem correctiuam?*

55 *Interpretari statutum restrictiuè, quando quis possit.*

Statutum, quòd qui fecerit sanguinem in palatio, puniatur. non comprehendit barbitonsorem phlegbotomantem.

56 *Statutum quomodo recipiat interpretationem declaratiuam, siue extensiuam?*

Populus interpretatur statutũ dubiũ. & nõ illi, quibus fuerat cõmissum, quod statuerẽt.

57 *Indefinita in statuto, quòd æquipolleat uniuersali.*

58 *Statuto si inest uerbum habens plures significationes, quæ erit congrua expositio?*

Vsus communis loquendi in interpretandis sermonibus præualet, & derogat omni constitutioni, & dispositioni, ac regulæ.

59 *Significatio propria unde sumatur, & qualiter cognoscatur.*

60 *Statuta, an recipiant interpretationem extensiuam.*

61 *Argumentum à contrario sensu, quando habeat locum in statutis.*

62 *Statutum an extendatur ad casum, qui est idem, secundùm iuris fictionem, non secundùm ueritatem.*

63 *Statutũ factũ in una persona propria, nõ extẽditur ad alias. secus in alijs dispositionibus.*

64 *Statutum loquens per uerba præteriti uel præsentis temporis, an trahatur ad futura.*

65 *Statutum, quòd statuta non recipiant interpretationem & glossationem, quid operetur?*

66 *Statuta qualiter in iudicium deducantur, & quando inducant ius agendi. & quando ius excipiendi.*

67 *Statutum, an debeat produci, sicut producuntur alia instrumenta.*

68 *Statuta correcta, quando possint allegari?*

69 *Statuti particula non potest produci, sed totum statutum produci debet*

* OMnes populi. ¶ Omni populo iurisditionem habenti ius propriũ, statuere ꝑmittitur: quod ius ciuile vocatur quòd verò ab omni gente equaliter custodit̃, ius gentiũ appellatur. h. d. ¶ Primò ponit dictũ bimembre vsq; ibi. nã qđ. Ibi secunda, vbi ponit exẽplũ primi mẽbri, vsq; ibi: qđ vero. Ibi tertia. vbi ponit exẽplum secũdi mẽbri vsq; ad finẽ legis. Casum in terminis pone sic. ¶ Dictum est. s. q̃ varia sunt iura, quibus vti-

a tur populus Romanus. quæro ergo an ius quo quisq; ppl's vtitur,ᵃ sit ius ciuile? Rñdeo oẽs populi &c. Notabilia collige per te. ¶ Opp. primò. Relatiuũ qs vel qui adiũctũ certe generalitati sine copula restringit genus: vt. j. de leg. iiij. l. ea tñ adiectio. sed hic dicit̃ omnes populi, qui legibus &c. Et sic innuit q̃ quidã sunt, qui nõ regunt̃ legibus, vel moribus: quod est falsum, cum omnes vtantur iure gentium: vt hic in. fi. ergo &c. Sol. dicit gloss. q̃ hoc dicitur propter homines syluestres. qui non vtuntur moribus, nec legibus, nec ratione; vt institu. eodem. §. ius autem ciuile. Hoc non placet, cũ tales homines syluestres non faciãt populũ. ergo de istis nõ meminit hæc lex, quæ dicit, oẽs populi. Alij dicunt, q̃ hoc dicitur propter populos de nouo inchoatos, qui non habent certam legem: vt. j. de legi. l. ij. in ver. qui in ciuitate sunt. & ibi not. secundũ Iac. de Are. Sed nec nobis ista placet: quia tales legibus & moribus vtuntur; licet nõ certis. dic ergo, quòd hoc relatiuũ non ponitur restrictiuè, sed declaratiuè: hoc modo, omnes populi, qui scilicet omnes. Ratio est: quia qualitas quæ ponitur per relatiuum, competit cuilibet de genere. Simile habetur. C. de sum. tri. & fid. catho. l. j. & ad treb. l. iubemus.

1 Aut ergo† qualitas quæ per relatiuum adijcitur, competit cuilibet de genere? & ponitur declaratiuè, vt hic, cũ simili. Aut non competit cuilibet de genere: & tunc aut relatiuum ponitur sine copula: & ponitur restrictiuè. aut ponitur cum copula: & tunc ponitur au-

2 gmentatiuè. vt. d. l. ea tamẽ adiectio. ¶ † Secũdò op.ᵇ & videtur, quod so-

b lus Princeps, possit facere legem, vt. C. de legi. l. fi. hic autem dicit, omnes populi, qui legibus &c. ergo malè, tum innuit quemlibet populum posse legem condere. So. dicunt quidam q̃ hæc per illã corrigitur, quòd nõ placet: quia debet euitari legum correctio, quantũ potest: vt. l. vnica. C. de inoffic. do. Vel dicit gloss. q̃ ibi loquitur de iure gentium: & hic de iure proprio. Voluit dicere glos. quòd illud ius gentiũ appellatur. Item ius ciuile proprium potest constitui à populo: vt hic. sed ius ciuile commune constituit solus Princeps, vt in cõtrario. Vel dic, q̃ solus Princeps cõstituit, & nullus alius solus: vt in contrario no. sed bene potest constituere populus; vt. d. l. fi. ¶ Tertiò oppo. & vr̃ q̃ iste tex. sibi cõtradicat. dicit enim q̃ vera naturalis ratio &c. postea dicit q̃ vocatur iusgentiũ; imo debet vocari ius naturale: quia ratio naturalis ius inducit. Sol. fateor, q̃ iusgentiũ potest vocari ius naturale. secundum verum significatum: vt no. s. eod. l. j. §. ius naturale. inst. de re. di. §. singulorum vel solum potest vocari ius naturale: vt dicis: sed ꝓprius vocatur iusgentium. Nam cũ verbum naturale, refertur ad rõnem: intelligitur de iuregentium. nam non est cõe oĩbus carentibus ratione, sed solis gentibus: & ita loquitur hic. Item quãdoq; verbum naturale, refertur ad hoĩem. & idem: quia intelligitur de iuregẽtiũ vt. s. e. l. vt vim. ibi, inter nos cognationẽ quandam constituit &c. ¶ Expeditus de contrarijs. quia hęc lex tractat de iure proprio, qđ ipsa ciuitas sibi constituit: hoc est de statutis: iõ materiã statutorũ tãgamus per qõnes principales, & accessorias. ¶ Et primò quęro quis possit facere statuta: secundò qualiter: tertiò de qbus: quartò quos liget statutum factũ quintò quo tempore liget: sextò vtrum statuta recipiant interpretationẽ: septimò qualiter statuta in

3 iudiciũ deducantur. † Primò ergoᶜ quæro. qs possit

c facere statuta. & primò an omnis populus possit facere statuta, per se, & sine superioris authoritate? & videtur quod superioris authoritas requirat̃: vt. C. de legatio. l. si quod extraordinarium. lib. x. facit in aut̃. de defen. ciui. §. interim. ¶ Gul. vero hic tãgit: sed minꝰ pfectè. Ideo dic. Aut queris de populo qui nullam habet iurisditionem: vt sunt villę, & castra, quæ simpliciter subiacent alicui ciuitati, vel domino. Aut de populo, qui habet oẽm iurisditionem concessam à Principe, vel prescriptam: vt in authẽ. de desen. ciui. §. iusiuran. in fine magnæ gloss. Aut queris de populo qui habet iurisditionem limita-

d tamᵈ: vt in ciuilibus tantum: vel in criminalibus leuibus causis: vt sunt castra in marchia. ¶ Primò ca-

e su aut talis papulus vult facere statutumᵉ pertinẽs ad causarum decisionem: aut ad administrationem rerum ipsius populi. Primo casu aut interuenit authoritas superioris illius populi: & valet; vt. C. de testa. l. fina. vbi consuetudo rusticorum, ideo est seruãda: quia Princeps, vel populus, cui illi rustici erant subiecti approbauit. facit extra de consti. c. cum accessissent. & c. cum M. ferrariensis. sic loquitur. d. l. si quod extraordinarium. Aut non interuenit authoritas superioris: et non valet cum careant iurisditio-

f neᶠ. Et facere statuta est iurisditio ĩ genere sumpta: vt patet ex diffinitione: vt. j. de iurisdi. om. iu. l. j. Et cum quid denegatur; et omne illud per quod peruenitur ad illud: vt. l. oratio. j. de spon. Si verò quæris de his, quæ pertinent ad suorum bonorum administrationem: vt de expẽdẽda pecunia communis: & possunt fieri statuta, nisi essent decreta ambitio-

4 sa: vt. j. de dectet. ab ordi. fa. l. j. & l. ambitiosa. ¶ † Secundo casu, quando populus habet omnem iurisditionem, potest facere statutum, nõ expectata superiorum. versi. consydera.

* Pro concordia. Aduerte q̃ Bar. in hac repeti. non meret̃ allegari sibi cõtrarius prout à quibusdã in. viij. col. vs. ecce alia. Dicit statutum, q̃ qui per. x. annos &c. tenet non valere & hoc per malam fidẽ, que nutrit pctm̃. quasi sit cõtra ius diuinũ & tamẽ cõtrarium allegatur idẽ Bar. tenere in. l. sequitur. §. si viã. ff. de vsu. si tñ bñ inspiciat̃ Bar. nõ sibi cõtradicit: eo qa ĩ. d. §. si viã. nõ dicit q̃ valeat ĩdistinctè, imo quasi idẽ ĩ effectu dicit. quòd in hac repetit. & dum dicitur hic, qđ non valet. debet ĩtelligi secundũ diffinitionẽ. s. quo ad tollẽdam funditus obligationẽ naturalẽ q̃ tolli nõ põt, nisi cõtrario actu naturali. l. nihil. ff. de reiu. & ita sentit Bar. dũ dicit, tollit obligatio ciuilis: & ledit̃ effectꝰ naturalis. q̃ñ dicit statutũ cadat à iure suo, quãtũ aũt ad effectũ elidit. sed non valet, quãtũ ad tollẽdũ ius naturale: multominus tollit ꝑdictũ statutũ obligationẽ naturalẽ, q̃ñ dicit in secũdo casu nõ audiat̃: qa nulla tollitur obligatio: sed ꝑcludit̃ via agẽdi: & sic nõ valet. intellige vt tollat̃ obligatio naturalis: vt in hac repetit. & valet quo ad effectũ. & ita intelligatur in. d. §. si viam vbi facit differentiã, an statutum dicat non audiat̃ elapso aliquo tpe? & elapso tempore cadat à iure suo. faciunt, q̃ dicũtur per ipsum Bar. in. l. fi. ff. rẽ ra. hab. adde ad Pa. in. c. fi. de pscrip. col. iij. & seq. Nicel.

POMATES. a ¶ Populus vtitur. Adde qđ statuta municipalia dicũtur ius cõe in loco in quo. vigẽt. vide Fel. c. ius naturale. in prin. j. distinc.

POMATES. b ¶ Secundo oppo. Vide multa p Fely. in. c. inter priorem. in vltima co-lum.

c POMATES. Primo ergo. vide Felyn. in. c. cum omnes. in. j. colum. de constitu.

d ¶ Omnes populi. limitatam. Adde quę dixi in. l. fi. C. de iuris. om. iud. post Bar. & contra Bar. hic vide Abb. in. c. quod clericis. in pe. col. de fo. cõpe.

e ¶ Statutum. Adde doc. in. c. cum omnes. de constitu. & Bal. in titu. de pace cõstan. in versi. in causis. ad fi. Bald. in. l. j. C. quæ sit longa consu. Adde quis possit statuta condere. Bal. consi. ccccxcvj. iiij. lib. & consi. ccxxviij. in iij. lib. & ibi vide de eo quod tangit hic. d. Iason, an appellatiõe iuris, sucurat ius municipale. Quis possit statuta condere, vide Ro. consi. ccxviij. Abb. consi. vj. ij. lib. Cald. consi. cviij. & xx.

f ¶ Careat iurisditione. p Bal. in. l. nulli. de sen. per Inn. in. c. cũ olim. de con-

sti.& melius in.c.cum accessissent.eo.tit.Bal.in.l.j.j.de iur.om.iudi.& ibi etiā tāgit,an statuta populi sint confirmāda de necessitate.& vide p Bal. & ange.hic.Bal.in addi.Spe.in ti.de iur.om.iu.in prin.Bal.& Saly.in.l.fi. de iu.om.iu.Ange.in.l.j.in prin.si qs ius di.nō obten.Adde,an inferiores possint cōdere statuta sup administratione rerum suarum.Paul.de cast. consi. clxviij.

a ❡Superioris authoritate.dicit tamē Bal.ī.l.humanū.C.de legi.p illū tex.ꝙ licet populus possit cōdere statuta. tamen non valēt sine cōfirmatione principis, si ibi prīceps est præsens.quod reputat not. Ad qđ ēt vide,qđ in fi.seq.co.scripsi.

b ❡Licētia. Quid si castrū est ī possessione eligendi sibi rectorem,pręses prouincię facit statutū quòd nullum castrum possit sibi eligere rectorem:an valeat? Bar.quòd sic.in cōsilio. Capitaneus p̄rimonij.& sequitur Pet. de Anch. in.c.canonum statuta. de consti. in xv.char.in ver.iuxta prędicta quęro de tali qō.vbi plenè tractat omnia scripta per Barto. & doct.hic An infeudatus de castro cū iurisditione possit statuere. vide Ang.ī.l.īperiū.j.de iurisditio.om.iudi.

POMATES.

c ❡Quæ dicta sunt. Vide Alexā.cōsil. cxxij.in.j.colū. ad fi.in.iiij.vol.& consil.sequen.in.ij.co. Panor.cōsil.cv.ī.ij.col.ī.j.volu.propo. c.nō est.§.ius verò. vj.di.ro.cōs.cclxxvij.Panor.in.c.quę in eccl'iarū de consti.& si faceret statuta cōtra ius cōe, vel contra statuta ciuitatis tex.est in l.recepti.§.fi.C.de cōsti.pecu.§.fi.in authē.fideiussor.Sed an requiratur authoritas superioris,vt cōfirmetur tale statutū,per oēs factū?& tutius est sic facere.ita Bal.tenet ꝙ requirat̄ quòd cōfirmetur per superiorē vt valeat,in l.humanum.C.de leg.sed ibi Bal.sibi cōtrarius.in.l.receptitia.C.de consti. pec.tenet,ꝙ nō requiratur consensus superioris:quia tale statutū cōfirmatur à lege,legibus.s̄.alleg.sed an habeat locum in alio foro,vide Bal.in.d.l. receptitia.vbi format quęstionem:& aliquid per Fely.in.c.quę in ecclesiarum.de cōsti.in ea.col.ver.nec obstat.

rioris authoritate[a]:vt hic,& insti.eodē.§.omnes.de
priui.credi.l.Antiochensium.Et quòd isto casu nō
expectetur superioris authoritas, patet exemplo
consuetudinis,quæ inducitur ex tacito cōsensu po
puli,& æquiparat̄ statuto:in quo constat,quòd nō
requirat̄ superioris authoritas:vt.j.de legi.l.de qui-
bus.& quòd generalitas istius legis debet intelligi
de populo,qui habeat iurisditionē.patet ex tex.in
sti.eo.ti.vbi explicat de populo romano.& Antio-
chensium.Nam per istam legem & similes videtur
concedi libera licentia[b] faciendi statuta: & ideo
non requiritur alia superioris authoritas:licet præsi
des prouinciarum in terris ecclesiæ faciāt aliter ob-
5 seruari.❡† Tertio casu,quādo habet iurisditionem
limitatam in his,in quibus habent administrationē,
seu iurisditionem possunt facere statuta:in alijs nō,
sine superioris authoritate per ea quæ dicta sunt[c].
6 ❡†Secundò quæro,vtrum collegia possint facere
statuta,videtur dicēdum quòd collegia licita & ap-
probata in his,in quibus habent iurisditionem, &
quo ad ea,quæ ad ipsos collegiatos pertinent pos-
sunt facere statuta:[d]vt.C.de iurisdi.omnium iudic.
l.fina.& quod ibi not.gloss.expressius.C.de consti.
7 pecu.l.secunda. in fine.& ibi not.gloss. ❡† Tertiò
quæro nunquid pars aliqua ciuitatis, puta vnum
quarterium.[e]videlicet possit facere statuta?videtur
quòd sic:quasi sit collegiū quoddam approbatum;
vt infra de legatis.j.si quis à filio.§.finali. &.C. de
fun.rei priua.libro vndecimo.l.penulti.ibi:vel bur-
gis &c.Pro hoc videtur casus infra titu.secundo.l.se
cunda.§.deinde cum esset.Sed cum iurisditio non
resideat in certa parte ciuitatis:sed in toto populo,
vel concilio,quòd populum repręsentat;vt infra di
cetur.& not.infra de iurisd.omnium iudic.l.& quia.
In hoc dico,quòd statuta ad causarum decisiones,
non possunt facere sine confirmatione totius popu
li:sed statuta pertinentia ad modum expediēdi ea,
quæ incumbunt ipsi parti,seu quarterio,possunt fa
✱ cere:vt supra dictum est.Nec obst.§.deinde cum es-
set.imo facit pro:quia illa plebiscita valent ex con-
firmatione postea subsequuta:vt ibi patet.et ita in-
telligebat Iocob.de bel.❡Quartò quæro nunquid
iudices[f] possunt facere statuta?& videtur quòd sic:
vt infra quod quisqué iur.l.prima.§.primo.& not.
per gloss.in titulo secundo.l. non ambigitur.C. de
offic.præfe.orien.l.normā.& patet in omnibus edi-
ctis prætorum.vt dictum est supra in.l.proxi.Econ
trà videtur,quòd non possunt,vt.C.commi.vel epi.
l.programma.infra de decre.ab ordi.facien.l.secun-
8 da.❡†Distingue tamen,quia aut quæris de maio-
ribus iudicibus,vt Senatoribus, Prætoribus, Præfe-
ctis prætorio,qui comparātur Regibus.qui sunt ho
die per mundum:vt plenè solet dici per docto.infra
de offi.præfe.præto.l.j.& isti possunt facere statuta
& constitutiones,vt.s̄.l.proxi.&.d.l.nō ambigitur.

✱ Pro intel.ij.§.deinde cum esset.ff.de ori.iur.

d ❡Facere statuta.Adde tn̄,ꝙ talia statuta requirunt cōfirmationem superioris secūdùm Bal.in.d.l.fi.de iur.om.iudi.Istis adde Bar.in.l.fi.C.de colle.illi.Vide tn̄ Bal.in.l.humanum.C.de legi.an statutū reqrat reformationem.& Bal.in.l.receptitia.de cōsti.pecu.qd in subiectis ecclesię vide glos. & doc.in.c.qđ clericis.de fo.cōpe.An episcopus possit statuere vel precipere ne mulieres portent ornamenta,& quid in alio superiore, vide Ioan. and.in regula,ea,que fiunt.in mercu.an Abbas cum conuentu possit cum iuramento statuere.ꝙ singulis monachis dentur decem annua pro vestibus, & an possit statutum reuocare p Io.an.in regula,nō est obligatorium in mercu.Et adde ꝙ canonici possunt facere statuta ecclesię, dummodò sint licita;aliâs secus.c.cum omnes.de condi.per glos.in.c.ij.in ver.statutum.de ver.sig.lib.vj.Et an statutum episcopi liget alium Episcopū vel Archiepm̄,vide Io.cal.ī.c.de illis.in.vj.q.de rap.Adde,qđ Princeps cōfirmādo statuta,non intelligit̄ cōfirmare iniusta. Bal.consi.cccxxxvj.ij.lib.

g d.l.normā.Idem potest dici de legato[g] apostolicæ
sedis;vt extra de officio.lega.c.fina.Aut quæris de
alijs,qui non sunt in tanta dignitate:& tunc habēt
dignitatem perpetuam,seu ad vitam;vt Comites,
Marchiones,in eorū terris;& Episcopi in eorū dio-
cesibus:& tunc possunt condere statuta;vt extra de
ma.& obe.c.ij.& de consti.c.ij.lib.vj.Hoc vult dice
re text.in.x.collat.de sta.contra.lib.ecclesię.§.j.vbi
dicit statuta, quæ ciuitates consules,vel quecunq̧
alęi psonæ &c.Intelligo de prędictis dominis habē-
tibus iurisditionem perpetuam,non ad tempus. Ra
tio est,vt sicut Princeps,qui est dominus totius,fa-
cit legē vniuersalem:ita isti qui sunt domini in par
te faciunt statuta in parte.Aut quæris de iudicibus
habentibus iurisditionem temporalem,vt potestas,
& rectores terrarum communiter:& tunc aut volūt
facere statuta seu constitutiones conuocato conci-
lio,& proceribus ciuitatis;& possunt, vt .d.l.j.§.j.
quòd quisq̧ iur.& ita ibi sentit glos.&.l.j.&.ij.de de
cre.ab ordi.fa.Et ita debet intelligi dicta constitu-
tio.de sta.contra libe.eccle.Aut vult facere ipse so-
lus,& non potest;vt.C.commi.vel epi.l.program-
ma.sed bene potest facere ordinationem,siue legē
pro toto suo tempore spectantam ad exigentiam fa
ctorum;quòd nullus extrahat frumentum de ciui-
tate,vel portet arma,vel nullus vadat ad salarium,
vel stipendium,vel de nocte & similia;vt.j.de offi.
præfe.vrb.l.fin.C.de naui.seu.nau.l.cum nauicula
riorum.libro.xj.& facit.l.j.j.quòd quisq̧ iur.❡Ex
9 his†patet quòd præsides prouinciarum missi ab ec-
clesia,non possunt facere statuta,seu cōstitutiones,
sine consilio prouincialium:quia non sunt de maio
ribus iudicibus.Sunt enim clarissimi;vt no.j.de offi.
præsi.super rubri.Item habent iurisditionem tem-
10 poralem. Illi† verò quos appellauit maiores iudi-
ces,sunt illustres,vel spectabiles;vt.j.de offi. præ-
fec.præto.& de offi. præsi.super rubrica. Sed con-
trarium seruatur ex consuetudine,vel speciali con-
11 cessione Papæ.❡†Quintò quæro,potestas habet[h]
arbitrium imponendi pœnam,vbi non est expres-
sa à iure vel statuto: vt.j.de effra.l.j.§. expilatores.
Et no.j.de pœnis.l.sanctio legum an poterit in prin
cipio sui regiminis hoc declarare;vt pro tali malefi-
cio tanta pœna imponatur. Gul.de cug.dicit quòd
sic:tamen tale statutum non valebit,nisi durante
suo officio;vt in.x.collatio.de cler.qui inue.facit.c.
j.❡Contrarium credo,quòd illa declaratio,quę po
test recipere varietatem in tempore,non potest fie-
ri ante tempus.&c.j.de lega.ij.l.cum pater.§.à filia.
sed hoc potest variari:quia secundùm varietatem
temporum,personarum,& locorū.potest esse ęquū,
vt pœna imponatur maior,vel minor;vt.l.Pedius.
infra,de incend.rui.naufra.&.d.l.respiciendum. er-
go &c.Quæ ratio cessat in dicto.c.primo. ❡Sextò
12 quæro,†Magistri grammaticæ faciunt statuta in

e ❡Vnum quarterium.Vide no.j.in ij.qō.principali.& no.in.l.si quis à filio.§.fi.de leg.j.& quid in consuetudine partis populi.vide Bar.in.l.de quibus.in vlti.colum.j.de legi.

f ❡Iudices.Et omnino vide pulchrè Bar.in.l.j.in pinc.quòd quisq̧ iur.p Ro.in rub.C.q admit.Pet.de Anc.in.c.canonum statuta.ī.vj.char.magna.adde Fed.de se.consilio.cxc.incipi.Gul.j.

g ❡Delegato. An delegatus possit statuere:idē quod hic tenet Ang.ī.l.aptissimi.p illum text. C. de iudic. ibi ex gn̄alib⁹ formis amplissimē tuæ sedis.vbi loquit̄ de Præfect.pręto.qui ęquiparantur Cardinalibus,vt ibi p Ang.in versic.formis. Adde etiam post d.Iasonē,an legatus possit statuta cōdere:& q̄ & qd ex cā asserit Ro.cōs.37.& Abb.cōsi.lxvj.ij.lib.& ibi an possit cōmittere cām sūmariè,& appellatiōe remota.& p Io.de Ana.consil.lxxxiij.& ibi an possit cōcedere represalias. De Epis,& Archiepiscopis,an possint statuta cōdere:vide p Cal.cōs.viij.An aūt an ēt possint statuere, vide Ange.cōsil.lviij.& cclxx.in q̄stum.d.Ias.in fi.l.cōcludit,quòd ex cā eps potest statuere contra ius,vide notabiliter Ro.consi.cccxxv.proximè dicta.Et.d.Iaso. singulariter limitat procedere dummodò cā exprimatur in actu,qui geritur.per ea,quę voluit Ro.consi.ccccl xxxiij.vbi alleg.Old.etiā cōsi.cclxxvij.s.ꝙ licet aliâs causa pręsumatur in papa rescribente,tamen vbi rescribit contra vniuersale statutum ecclesię debet causa exprimi.Et an legatis possit causam summariè cognoscendam committere,vide Abb.consi.xxv.j.lib.

h ❡Potestas habet.Sequit̄ Pe.de Anch.in.c.canonū statuta.in ver.quærit Bar.Adde ꝙ Bal.de pa.cōstan.in vers.scđm mores & leges illius ciuitatis dicit no.ꝙ licitum est ciuitati habere propria statuta cōfirmata per præsidem puincię.sed si ciuitas sit sibijpsi præses,sufficit ꝙ potestas ciuitatis cū decurionibus faciat statuta:vel ciues eius accedente authoritate.Nā cū facere statuta sit iurisditio.& illa q̄stum ad actum exercitij sit in magistratibus;vt.j.de ori.iur.lib.ij.§.post originem,merito requiritur magistratus, nisi alia esset cōsuetudo loci,quæ possit dare iurisditionem ipsis decurionibus sine magistratu.C.de diuer.officio.l.viros.li.xij.Vel si ciuitas illa pro tempore illo careret magistratu.infra.quod quisq̧ iur.et ibi vide Iacob. Butri.Barto.et moder.et per Imo.in.l.municipibus.de condi.et demon.

ter scholares

a ¶Excommunicati. Adde quod no. Bar. in. l. actor. ff. rē ra. hab. Sed an excommunicati possint inducere cōsuetudinem: vide Bal. in. l. de quibus. in xj. col. de legi. vbi etiam facit mentionem de Bar. hic.

b ¶Potestatē. Qual'r puniat̃, q nō pōt facere statuta, & facit: & de statutis dolo factis. Adde quod dixi post Bar. ī. l. fi. j. e. vel saltē pęna arbitraria puniat̃ p no. p Bal. ī l. nemo martyres. de sac. san. eccl. & de reformatione statutorum, vide Bar. ī. l. j. j. de legi. & ibi etiā Ang. de statuto: qui dicit requiri, ꝙ consensus p̄stet alta voce. sed Bar. j̄. ꝓxi. co. tenet cōtrariū.

POMAT.

c ¶Quero secūdò. Vide Prepositū ī c. lex ē. in. ij. col. ij. distin. & in. c. senatuscōsultū. ij. col. ea. distin.

d ¶Cōuocatio fiet. Vide Imo. ī. l. municipib⁹. de cōdi. & demō. & ī. l. j. ī prī. j. ad leg. fal. & ibi p Ang. & Pau. de ca. ī lect. Padu.

POMAT.

e ¶Nec sufficit. Cōtrariū tenuit Panor. ī. c. in causis. a iij. col. de elec. Sed idē quod Ab. seqt̃ Barb. ī. c. cū oēs. in vl. col. & ibi Feli. In cōtrariū facit quod no. Bald. & Imo. l. si qs à filio. §. fi. de le. j. & ibi p Are. ī. iij. col. vers. adhuc restat. Vide itaq; Imo. cōsil. xxij.

f ¶Duę ptes. In cōuocatiōe dn̄t esse duę ptes. & qd si sūt citati & noluerūt conuenire an minor ps possit, & qūo, vide hic & oīno p Pet. de Ancha. ī. c. canonum statuta. de cōstit. vtrū aūt absentes sint spālıter citādi. & de quo loco vide in. c. p̄sentiū. de test. li. vj. & ī. c. cū in ecclesijs. de p̄ben. e. li. & in. c. corā. de elec. & vide q̄ not. Bal. ī. l. nulli. j. quòd cuius. vni. no. & Bar. ī. l. j. j. de decre. ab ordi. fa. Adde quod not. gl. ī. c. ij. de test. lib. vj. q̄ tenet ꝙ regl'r absentes nō sunt vocādi, nisi ī trib⁹ casib⁹ ibi notatis. Quā ēt limita, nisi tractaret̃ de faciēdo aliqd ī p̄iudiciū absentiū. Ita solet ītelligi gl. ī. c. j. de his q̄ fi. à ma. par. ca. in ver. cōsti. Sed Abb. sicul. ibi dicit posse dici p gl. in. d. c. ij. quòd ī oīb⁹ casib⁹ arduis, & grauib⁹ sunt citādi. nā casus excepti p gl. in. d. c. ij. sunt fauorabiles: iō debēt extēdi ex idētitate rōnis ad oēs casus graues. Pro hoc est casus no. in. c. dilecti. de cōfir. vti. & gl. in. l. j. j. de cōdi. & demō. vbi casus exceptos à regula extēdit ad aliū habētē eādē rōnē. Et hoc quòd in arduis sint citandi, sentit Innoc. in. c. ij. de no. ope. nun. & do. Ant. in. d. c. j. p do. Ant. in. c. fi. de maio. & obe. & Bar. & moder. in. l. rescriptū. in prin. j. de pac. Adde vt per Cald. consi. iij. de consti.

g ¶Distinguunt. Notabile dictū ad limitationē legis, quod maior. ad municipa. si est verum, & ibi dixi. Adde quod dixit Bar. ī. d. l. quod maior. ī fi. vbi vr̃ velle secūdū Dy. ꝙ id, quod fieret ēt ab oīb⁹, nō teneret si fiat cōtra ius arg. l. iubemus. §. sanè. Cogitabis. adde Bal. in. l. fin. C. de autho. præstā.

h POMATES. ¶Secūdò quero. vide Panor. & alios in. c. cum oēs. de consti. & ibi Fely. col. xiij.

i ¶Vna pars expulit aliā. De istis expulsionibus, vide quę no. Bar. & Imo. in. l. si quis à filio. §. fi. de leg. j. & quod no. Bar. s. ea. l. in. ij. q. j. q. principalis. Sed nunquid illa pars expulsa possit facere statuta? vide Bald. in. l. cūctos populos. ī. vj. col. & ad Bar. hic vide eūdē in. l. de qb⁹. ad fi. j. de legi. & Bal. in. l. j. C. de monopo. & in. d. l. ij. de origine iuris in iij. col. & Bal. hic in. vj. col. & Anto. de But. ī. c. fin. ī. xxxvj. colū. de cōsuetu. & Bal. in l. testatrix. §. plures. j. si serui. vendi. Aduerte: quia lꝫ Barto. hic dicat, quòd in faciēdis statutis, voluntariè absentes non vocātur: nec etiā illi, q sunt absentes ex iniusta causa: secus si causa sit iusta. & ita referūt Canonistæ in. c. cū omnes. de constitu. Barto. hic tenet. gloss. tamē indistinctè tenet, quòd in omnibus actibus capitularibus absentes sint vocādi. gl. tamē quę reputatur singularis in c. præsentium. de testib. in. vj. super ver. ipsorum. dicit, quòd solum ī tribus casibus, de quibus ibi, vocātur absentes. sed Innoc. in. c. ij. de noui ope. tenet quòd ī arduis debeant vocari: in leuibus non. Potes concludere, maximè secundùm Ioan. de Imo. in dicto. c. cū omnes. quòd in tribus casibus, de quib⁹ in dicto. c. præsentium. debet fieri vocatio: in alijs. dic ꝙ si sunt voluntariè absentes, nō vocantur. Si autē ex iusta cā, in arduis vocent̃: non in leuibus: nisi in contrarium reperiatur expressum. & hoc modo possunt saluari opiniones. fortè tamen in practica seruaretur gl. in. d. c. præsentium. saltem in foro canonico, secundū do. Ioan. and. dicto. c. cum omnes.

k POMATES. ¶Et adhuc. Vide Are. l. si quis à filio. §. fi. ij. colū. ff. de leg. j. & ibi Bal. vide Panor. consi. xc. in. iij. col. ij. dubio. in. ij. vol.

l ¶Consentiunt separatim. An possint illi de vniuersitate consentire separatim, vide etiā quod no. Bar. in. l. ij. C. de decu. vbi plene. & hoc idem videtur velle gloss. in. c. cum omnes. de consti. sed glo. fin. in. c. j. de reb. eccle. non alie. tenet contrariū, videlicet ꝙ speciale sit in electione: aliâs in oībus actibus capitularib⁹ sufficit singularis cōsensus, saltem qn̄ tractatus præcessit: sed illa cōiter non tenetur per moder. nec Ioan. Cal. nec do. Anto. per. c. in genesi. hic allegatum, in ratione sui, q̄ est generalis. Et sic amplificat dictā. l. fi. de offi. ꝓcur. cæsa. & ita refert Ioā. de Imo. in. d. c. cū omnes. Adde quod no. Bar. & Bal. & do. Io. in. l. si qs à filio. §. fi. de leg. j. & p Bald. in authē. hoc ius porrectū. de sacrosan. eccl. & vide Bal. in addi. Spec. ī ti. de instr. edi. in vl. char. vbi q̄rit, an executores testamenti possint eligere separatim. De materia ista vide no. Bal. in. l. nō ambigit̃. j. de legi. & ibi p Ang.

ter scholares, ꝙ q fecerit tale qd. soluat. xij. denarios. An tale statutū valeat, ita ꝙ dicta poena in iudicio possit exigi. ¶Circa quod breuiter dico, quòd Magistri grāmaticę hn̄t iurisditionē in scholares: vt. s. in. j. cōstitutiōe. §. illud verò. & in authē. habita. ne filius ꝓ p̄re. Itē hn̄t modicā correctionē, seu leuē: vt. j. ad leg. aql. l. sed & si quęcūq;. §. fi. de loca. & cōdu. l. itē q̄rit̃. §. itē Iulian⁹. Aut ergo magistri faciūt statuta ptinētia ad decisionē causarū, ī qb⁹ nō hn̄t iurisditionē: & nō pn̄t: quia non sunt maiores iudices: nec hn̄t iurisditionē perpetuā. & non pn̄t facere talia statuta, nisi sint q habeāt iurisditionē ꝑpetuā: vt. s. dixi. Aut faciūt statuta circa mores: & hic aduerte: quia talia statuta habere cōsueuerunt duas partes. ¶Prima est, quia ꝓhibēt, vel p̄cipiūt aliqd fieri secundū bonos mores. & hęc statuta valēt: & eis debet obediri, sicut pręcepto patris: vt. j. de obsequi. à liber. l. liberto. in gl. q̄ dicit ꝙ magistri sunt p̄res. &c. Ergo sicut p̄ri debet obediri: vt. s. e. l. veluti. ita & magistro. ¶Secūda ps est q̄ imponit pœnam cōtra faciēti: & tunc aut imponit̃ pœna pecuniaria, vt qdā magistri faciūt ꝓpter lucrū: & nō valet. cū ob mores non debeat fieri pecunię receptio: vt. C. de rei vx. ac. l. j. §. taceat. Aut imponit̃ pœna alteri⁹ coerctionis, & non valet an̄ tp̄s: vt. s. dixi. sed cū casus euenit. hoc debet facere suo arbitrio, nō excedēdo modū. Eadem possent q̄ri & dici de statutis, q̄ p̄rfamilias facit ī domo

13 ꝓ corrigēdis moribus filiorū & familiarū. ¶†Septimò q̄ro, nūqd excōicati[a] & interdicti possint facere

a statuta? & dico ꝙ non, vt extra de immu. eccle. c. aduersus. §. quia verò. nec facta recōualescūt impedimēto cessante sine noua cōfirmatione: vt eo. ti. c. j. & argu. j. de lega. iij. l. j. §. sed si fili⁹. & j. de bo. pos. secūdū tab. l. q ex liberis. §. testamēto. Itē credo de bānitis īperij: vt. x. coll. de sta. cōtra liber. ecc. c. j. Cū em̄ non obediūt principi, perdūt ea, q̄ iuris ciuilis sunt. j. de ca. di. l. amissione. sed statuta sunt iuris ciuilis. vt hic

14 ergo &c. ¶†Octauò quæro, qualiter puniant̃ illi, q

b faciūt statuta, & nō hn̄t ptātē,[b] credo, ꝙ si faciāt dolo malo, cā occupādæ iurisditionis, incidāt in legē iuliā maiestatis. vt. j. ad. l. Iul. maiesta. l. iij. §. fi. ¶Quæ-

c ro secūdò[c] †principaliter, qualiter statuta fiāt. & si

15 qdē iudices maiores, vel dn̄i hoc faciāt: humanū est ꝙ hoc faciāt cōsilio sapiētū: vt. C. de legi. l. humanū sed si volūt possunt hoc facere proprio motu: & hoc

16 subditis diuulgare: vt. C. de legi. l. iij. Si vero †statuta fiunt à populo, talis est ordo, ꝙ cōuocet̃ totus populus, seu homines, q sunt de cōcilio populi, qui repręsentant populū: vt no. C. q̄ sit longa cōsuetudo. sup

d rub. & hęc cōuocatio fiet[d] authoritate potestatis, vel alterius magistratus solenniter. Hoc est sono tubæ, vel pulsata cāpana, vel voce preconis. C. de decu. l. ij. in. iij. gl. li. x. & j. de reg. iur. l. aliud. §. refert̃. & ibi no. ꝙ cōuocentur ad curiā, vel ad aliū locum publicum cōsuetum: vt. d. l. ij. & de le. l. si quod extraordinariū. lib. x. Quibus sic ordinatis, videatur vtrū sint duę partes populi seu concilij: quod reqritur, vt. C. de decu. l. noīationū. & no. j. quod cuius. vni. no. l. nul

e li. Nec sufficit[e] vocatos esse: nisi duæ ptes[f] sint pn̄tes:

f vt. C. de p̄dijs decu. l. fi. li. x. vbi dicit̃ nec tabella decreta recitari. q. d. nō sufficit sono tabellæ vocatos esse, nisi venerint. Et ita intelligit Odo. licet glo. aliter exponat: vt not. in. d. l. aliud. §. refert̃. Quibus sic coadunatis debet fieri proposita per vnum, altero de duobus modis: quia potest fieri generaliter: quid placet vobis super tali facto statuere? Et super tali proposita erunt cōsultores. & iste modus colligitur. j. ad velleia. l. ij. §. j. ¶Alius modus est. ꝙ fiat proposita certa & limitata: an placeat populo, ꝙ sit talis lex. vel statutum. & iste modus colligitur insti. eo. §. lex, & §. plebiscitum. & institutio. ad leg. aql. §. ex hoc tn̄ capite. Tūc quod placuerit maiori parti. illud erit firmum: vt. j. ad muni. l. quod maior. & de reg. iur. l. aliud. §. refert̃. & j. quod cuius. vniuer. no. l. nulli. & d. l. nomīationū. C. de decu. Sūt tn̄ qdā, q circa hoc di-

g stinguūt.[g] Aut fit statutum pręter legē: & sufficit cōsensus maioris partis: vt dictis leg. Aut fit cōtra legē: & tūc oportet, ꝙ null⁹ dissentiat: vt in authen. de defen. ciui. §. fi. ibi nullo reluctāte, & ita no. Cy. C. q̄ sit lon. cōsue. l. cōsuetudinis. in. iiij. q. circa fi. ipsius. Sed nō placet: quia in. d. §. fi. est casus specialis. Prędicta vera de iure cōi, sed p statuta qn̄q; ali⁹ ordo da-

17 tur. ¶†Secūdò quæro[h]: dixi. s. oēs vocādos. qd si vna

h pars expulit aliam[i] de ciuitate? distingue: aut alij ab-

i sunt de ciuitate volūtariè: tunc remanet tota potestas in præsentib⁹: vt ar. j. de tu. & cur. da. ab his. l. vbi absunt. & d. l. nominationū. C. de decu. Si verò sunt expulsi: & tunc aut ad illos expulsos cōpetebat ius cōdēdi statuta, aut non. ¶Si secūdo casu, verbi gr̄a. quia nō erat de cōcilio: & tunc nō obstat aliorum expulsorū absentia, qn̄ illi q remāserūt in ciuitate, pn̄t facere statuta. vt. j. ti. j. l. ij. §. deinde cū esset. vbi dicit̃. ꝙ nō est dubiū, ꝙ ad partes remanentes remansit potestas condendę legis. Aut ad expulsos pertinebat sicut ad remanētes ptās cōdēdi legē. quia erāt dę cōcilio: & tūc aut sūt expulsi ex iusta causa: & adhuc[k]

k in remanentibus remanet potestas condendi legē: quia cum non obediant ciuitati suæ ꝑdunt omnia iura propria ciuitatis suę: vt. j. de cap. dimi. l. amissiōe. & sic perdunt ius condēdi statuta. quare potestas remanet apud pręsentes. Aut expulsi sine iusta causa per inuidiam fortè: & tunc licet statuta facta per remanentes seruentur fortè q̄tum ad eos, per. l. ꝓ fundum. j. de ser. rusti. prędio. tamen in præiudicium expulsorum non possunt: ne ex sua malignitate &c. vt

18 j. de furtis. l. itaq; fullo. ¶† Tertiò dixi, omnes vocandos ad vnum. Quæro: quid si omnes de populo con-

l sentiunt separatim[l] in domo sua: & hoc constat per publicum instrumentum: an valeat? videtur ꝙ sic, vt dicimus in consuetudine. j. de legi. l. de quibus. & j. communia prędi. l. fin. & de aqua plu. arcen. l. si autem. ¶Cōtrarium credo per duas regulas. ¶Prima

quis C. de iur. et facti igno. & g. cornelius. cons. 119 vol. 1. et iat. de s. pro. prescrip. pragm. 12. vt in ...

¶Omnium consensus. Adde Bald. in. l. j. in. v. q. j. de offi. consul.
* Pro intellectu. l. fi. ff. cōmu. prædi. &. l. si autē. ff. de aqua plu. arcen.
b ¶Aliquibus cōmitti. An habentes authoritatem condendi statuta possint committere, quod no. pro legato, an possit committere. Adde text. & qđ ibi no. Bar. ī. l. latē eorū. §. si decuriones. j. qđ cuiusq; vni. no. & Bar. in. q. sua adunantia. &c. & Pet. de Anch. in c. Canonū statuta

POMATES. b ¶Cōmitti. Vide Panor. in. c. grauē. de sen. excom.
c ¶Videt̄ ordinarius. Vide Bart. in l. ambitiosa. in vltima colum.
d ¶Super quibus Super quibus possint fieri statuta. Vide Bal. in. l. cunctos populos. in viij. & ix. col.
e ¶Temporalia. Et faciūt hæc, an valeat statutū ꝓhibens matrimoniū contrahi cum certis personis. de quo vide Bal. in. l. nemini. C. de nup.
POMATES. f ¶Dolosē. Vide Alex. cōsil. xx. ī. ij. col. in. j. vol. & cōs. xxvij. in vlti. col. eo. vol. Panor. cōsil. xij. in. ij. colū. j. volu. Fede. de sen. consi. 36. Ro. cōsi. ij. & cōsi. xij. Alexan. consi. pe. in. j. col. in. v. vol. & in colū. fi. Barb. in cō si. j. in. j. vol. v. col. Aliquid per præpositū. in. c. ad eius v. distin.
POMATES. g ¶Libri. vj. Vide Ange. in. l. sequit̄. §. si re. ff. de vsuc. & l. fi. ff. queād. ser ui. ami. vide Alex. cōsi. lix. ī. ij. col. j. volu. Raph. cu. cō si. lxvij. Alexā. cō si. xxxix. in. ij. col. in. iiij. vol. & in. ij. col. ī fi. & cōsi. xx. ad fi. eod. volu. Panor. cōsi. lxxvj. ad fi. j. vol. Fede. de se nis cōsi. cclxxv. & seq. Paul. de ca. in l. cūctos pp̄los in iij. col. C. de sum. trini. & fid. catho. Panor. cōsil. lxxvij. ī. v. colū. iij. dubio. in. ij. volu. & iiij. dubio. Fely. c. j. & c. ecclesia sanctę mariæ. ī. xxxviij. col. de cōsti. & ad. c. nostrā. iii. co.

vj innocen. et ... in c. quæ in ecclesiarum de consti.

a in his, quæ ꝑtinent ad plures, vt vniuersos, requirit̄ simul omnium consensus: a vt. d. l. ij. C. de decu. expressius extra de elec. c. in genesi. ¶Secunda regula est in his, in quibus consensus maioris partis præiudicat minori, etiā si ꝑtineat ad plures, vt singulos, requiritur vt fiat simul; vt. j. de pacti. iurisgētiū. §. fi. Ergo hic cū ꝓdicta cōcurrāt, requirit̄, φ fiat simul. Nec ob. qđ dicit̄ de consuetudine. qa pluralitas actuū & cursus tp̄is succedit loco talis coadunationis. Nec ob. l. fi. & l. si autē. quia ibi loquit̄ in cōi pluribus, vt

19 singulis. Nec cōsens⁹ ptis alteri ꝓiudicat. ¶† Quarto q̄ro, dixi qđ seruat̄: quał̄r explorabit̄ talis voluntas pp̄l'i? & vr̄ φ req̄rat̄ expressus cōsensus verbis, vt ff. de legi. l. de q̄bus. cū in hoc differāt statuta à cōsuetudine: quia vnū venit ex consensu expsso: aliud ex cōsensu tacito. ¶Sed credo sic dicēdū, φ requirant̄ verba ex parte cōsulis interrogātis, seu ꝓpositū facientis; ex pte verò pp̄l'i rn̄dētis, nō req̄runt̄ verba, sed sufficiūt signa cōsensus, secūdū qđ ꝓpositū fuit in partitū, siue de leuādo, vł' de sedēdo, siue de fabis albis, vł' nigris. arg. j. de acč. & ob. l. cōsensu. Et hoc spāliter īduco. j. ad Treb. l. seruo inuito. §. si pupllio. ibi vel interrogati nutu possint rn̄dere, seu significare. Ita etiā debet intelligi. j. ti. ij. l. j. in fi. glo. & l. de qui-

20 bus. Et ita obseruat̄ de cōsuetudine. ¶† Quinto q̄ro, nunquid possit aliquibus cōmitti, b qđ faciāt statuta? & vr̄ φ nō: qa sicut testator non pōt suā voluntatem cōmittere: vt. j. de here. inst. l. illa institutio. & l. captatorias. quę voluntas est lex particularis, vt in authē. de nup. §. disponat. col. iiij. & no. C. de vsusca. pro emp. l. ij. Pretereà hoc spāliter cōmittit̄: ergo nō pōt demandari: vt. j. de offi. eius cui mā. est iurisđ. l. j. Ecōtrà qđ possit, vt. j. ti. j. l. ij. §. deinde, qa difficile. ¶Tu dic aut iudices seu dn̄i, q hn̄t authoritatē hoc faciēdi, volūt hic delegare, & nō possunt: qa hoc eis vt maiorib⁹ est cōcessum: vt. j. de offi. eius cui mā. est iurisdi. l. j. Aut popul⁹ vult hoc cōmittere, & potest: vt. j. tit. j. l. ij. §. exactis. &. §. deinde, qa difficile. Et apparet ratio differētiæ. Vel dic, φ ratio est: qa ille cui

c cōmittit̄ à populo, videt̄ ordinarius, c & non delegatus: quia populus pōt dare ordinariā iurisditionem: vt. j. de iurisdi. om. iud. l. & qa. Sed alij iudices nō dāt

d ordinariam: istud autē nō potest delegari: ergo &c.

21 ¶† Tertiò quæro principaliter, de quibus seu super quibus d possint fieri statuta? & si quidē statuta fiāt super his, q̄ nullo iure disposita sunt, valent: vt. j. ti. ij. l. de quibus. Si autem fiant super his, quæ disposita sunt à iure naturali, vel gentium: nō valent. tollēdo in totum: sed in aliquo derogando, vel addendo sic: vt. l. ius ciuile. & quod ibi not. & l. manumissiones. s.

22 eod. & j. de consti. princi. l. j. ¶† Secundò iuxta prędicta quæro, an possit fieri statutum de his, quæ disposita sunt à iure diuino? & videtur φ non. Nam aut statuitur idem, qđ ius diuinū. & videtur superfluū; sicut cum debitor legat creditori; vt. j. de leg. j. l. si creditori. facit. j. ad munici. l. j. in fin. & C. de thesau. l. j. li. x. Aut disponitur aliter: & tunc videtur non posse: ne minor tollat legem maioris; vt. j. de arbi. l. nam magistratus. & quod ibi no. j. de constit. princi. l. j. & C. si contra ius vel vti. pub. l. fin. Econtra videt̄, qđ sic: quia ius ciuile præcipit septē testes adhiberi in testamento. tamen de iure diuino in ore duorum vel trium stat omne verbum; vt extra de iudi. nouit. & j. de test. Vbi numerus. item ius diuinum dicit, non occides. & tn̄ à iure ciuili in pluribus casibus permittitur: vt. C. qn̄ li. sine iu. se. via. l. j. & ij. Et gl. simpliciter se expedit, φ ius ciuile potest distinguere, nō tollere ius diuinū. Vt. d. l. j. de cōsti. prin. C. si contra ius

de proba. ver. vlti. no. Bar. consi. lxxxv. Roma. consi. xc. & cōsi. cij. in. j. col. ad fin. Imo. consi. xxvj. & consi. xliiij. in. ij. col. & consi. lxxiiij. in fi. & consil. cxxij. Gemi. in. c. fin. j. col. versi. sed pone debitor. de excep. lib. vj.
h POMATES. ¶Plurium quæstionum. Vide Fely. in. c. quæ in ecclesiarum. in. ij. col. cum sequen. de consti.

i POMATES. ¶Dicta sunt. Vide latē Alex. consi. cxxiiij. j. co. iiij. vol. Arc. cōsi. ij. in pe. col. Alex. cōsi. cxxxviij. in. ij. col. vo. ij. Alex. cōsi. lviij. in vlt. co. v. vo. Panor. in cōsi. lxxj. j. dubio. Fed. cōsi. cccxxxix. Fely. c. ecclesia sanctę marię. ij. col. de cōsti. Barba. cōsil. ix. in. ij. col. vol. j. & consi. xxj. ij. col. ij. volu. & consi. liij. iiij. col. vol. ij.

vel vti. pub. l. fi. do. Cy. latius. C. de preci. impe. offe. l. quoties. in. iij. q. tn̄ ꝑfectæ nō loquitur. ¶Vn̄ tu distingue, aut ea, q̄ de iure diuino statuta sunt, merè spiritualia sunt: & tūc sup his, nec imperator nec ppl's pōt cōdere legē: vt extra de cōsti. c. ecclesia sctē marię. facit. C. de epi. & cle. auth. clericus. ī fi. & aut.

e statuimus. Aut sunt tp̄alia: e & tūc aut de iure diuino, nō est simpl'r cōstitutū, vt ī illo ꝓcepto nō occides. Nā alibi pmittit̄ ex cā cū dicit q occidit, occidat̄. & ex alijs causis: tūc ex cā pōt pmitti p leges. & statuta φ quis occidat̄; vt. d. l. j. & ij. C. qn̄ lic. sine iudi. se vi. vt. j. ad le. cor. de sica. l. iij. ī fi. Aut de iure diuino est simpl'r statutum: tūc aut cā legis excludit pctm̄: & valet lex, siue statutum: vt patet in testō, vbi requirunt̄ septē testes: & ideo nō sufficiūt duo: qa tunc

f lex p̄sumit̄ dolosē f & frauduleter fieri (vt. C. de test. l. iubemus. in fi. & qui test. face. pos. l. hac cōsultissima. in fi. ꝑpter quā violentiā presumptionem iuri diuino adiť; φ dicit in ore duorū vel triū &c. & illa cā excludit pctm̄: qa si verum est, dolosē & fraudulēter factū esset. qđ cōstat apud nos iuris p̄sumptiōe nō tenet̄ heres seruare: sed in foro cōsciētiæ disputēt Theologi. Aut cā legis vel statuti non excludit peccatū; & nō valet lex, vel statutū derogās iuri diuino. ¶Exēplū, de iure Imperiali alienatio rei dotalis nō valet: nec confirmat̄ p iuramentū; vt. C. de legi. l. non dubium. cuius causa est fauor dotis. Item pactū factū à filia, ne succedat, nō valet; nec cōfirmatur iuramento. Rō: qa pactū est de futura successio. vt. C. de col. l. pactū. & quod ibi not. Istæ leges non valent. Ratio qa propter tales causas non excludit̄ pctm̄; cum propter eas, nō sit licitum deierare, vt extra de iureiur. c. cū cōtingat. de pac. c. ij. in. vj. de iure

g iur. c. licet. lib. vj. g Idē ī legib⁹, q̄ pmittūt malęfidei possessorē p̄scribere, q̄ leges nō valēt: qa non excludunt pctm̄. extra de p̄scri. c. fi. & ibi no. de reg. iur. c. ij. lib. vj. vbi p Io. an. ¶Ex ista theorica apparet sol.

h plurium q̄onū, h Primò, † an valeat statutum quod

23 bannitus possit īpunē occidi. & certe sic: qa cōtrariū à iure diuino non statuit̄ simpliciter? vt. s. dictū est: vt. d. l. j. & ij. qn̄ lic. sine iu. se vin. Pro hoc dico, φ est casus duarum legum simul cōiunctarū: φ ille, q non est obediēs illi, sub cui⁹ est imperio, habetur vt trāsfuga, & hostis: & pdit iura suę ciuitatis, vt. l. amissione. j. de capi. di. sed transfuga & hostis possunt ēt ex forma legis seu iuris cōis impunē occidi: ergo & iste ex forma statuti. casus. j. ad leg. cor. de sic. l. iij. in fi.

a ¶ Diem functo. Vno modo adde Bar. ī cō. clxxxiiij inci. quidā capitaneus. si officialis morit̄ in offō, si debet hr̄e salariū toti⁹ tpis: an debeat salariū iudici, si nō ferat sn̄iam, si p eū nō stat. & vid̄ Ludo. ro. ī cō. lxxxiij inci. euidēter. An Bar.

b ¶ Remotus est ptās. vide qđ dixi secūdū hāc gl. ī fi. hui⁹. l. & adde Bar. ī. l. meuia. ī prin. de an. le. & Bar. ī. l. j. §. diu⁹. de var. & extraor. cog. Bald. in l. eden. C. loca.

POMATES.

c ¶ Remotus propter delictū. dic, ꝙ ēt p̄t remoueri pp crudelitatem. ita Bald. in. l. ij. §. j. de his, q sunt sui vel alie. iu.

d ¶ In cōsi. in prin Adde Lu. Ro. in cōs. ccxiij. vbi disputat, si qs potest reddere ius in propria patria. And. Barba.

d ¶ In cōs. & adde qđ voluit gl. not. ī aut̄. de defen. ci. §. iusiurādū in. ver. nulla.

POMATES.

d ¶ In consi. Vide Ro. consi. ccxviij. al's. c cxv. in. j. col.



Diffinitiones & declarationes iuriſditionum.

a IVriſditio in genere ſumpta diuiditur ſecundùm Pe.& Bar.in duas ſpecies(reiectis opinionibus gloſſ.in.l.imperium.ff.de iur.om.iu.& doc.aliorū)ſcilicet in imperium,& in iuriſditionē ſimpliciter ſumptam.Ideo operæpretium duxi nonnullas hic ſubijcere declarationes,ſeu poti⁹ diffinitiones,ad huius arboris,vel diuiſionis iuriſditionum notitiam. Et primò,quid ſit iuriſditio.Eſt autem iuriſditio in genere ſumpta:poteſtas de publico introducta cum neceſſitate iuris dicendi & æqtatis ſtatuēdæ.gl.& ibi Bar.in.l.j.ff.de iur.om.iud.glo.in authē.de defen.ciui.§.iuſiurandum.in glo.magna circa mediū.col.iij.Idem Bar.in.d.l.imperium.& ibi Iaſ.dic,ꝙ ſi verba dictæ diffinitionis propriè intelligantur, non eſt opus ad dictam diffinitionē aliqua ſuppletione(prout facit Bart.)imo veriſſima & perfecta,vt ibidem latè per eundem. Et dicitur iuriſditio à iuris & ditione,quod eſt poteſtas.vt inſti.in proœ.§.quorū.in ver. ditioni.&.in.l.ij.C.de lib.& eo.li.Sic dicit iuriſditio,quaſi iuris poteſtas. ¶Circa iſta quæro,de quæſtione vtili.Princeps cōceſſit alicui iuriſditionem,nihil aliud addendo:vtrum per hoc videtur conceſſiſſe merum & miſtum:an tantummodo iuriſdi.in ſpecie ſumptam.Ang.& Iaſ.in.d.l.imperium.in.vj.col. dicunt(licet communiter doc.tenent contrarium)quòd Princeps concedendo iuriſditionem concedit tantum ſimplicem iuriſditionem, & non merum & miſtum imperium:niſi Princeps conceſſiſſet pleniſſimam iuriſdi. quia in tali ſuperlatiuo cenſetur conceſſiſſe merum & miſtum imperium. l.ſi in aliquam.§.cum pleniſſimam.ff.de officio proconſul.& leg. Idem & ſi per verbum omnimodam.gloſſ.in cle.j.in verbo, omnimodam. de fo. compe.

b ¶Imperium eſt iuriſditio quæ officio iudicis nobili exercetur:& ponitur in diffinitione iuriſdi.pro genere.& verba officio iudicis nobili ponuntur ad differentiam iuriſditionis ſimplicis,quæ exercetur officio iudicis mercenario. Et quia hæc diffinitio conſtat ex genere & differentia:ideo eſt bona.Bartol.in.l.j.ff.de teſta. Et dicitur imperium: quia ex imperio & authoritate iudicis procedit, & non ex aliquo iure, quod reſideat apud partem.Bartol.in dicta.l.imperium.& diuiditur imperium in merum, & miſtum.

Merum

c ¶Merum imperiũ.eſt iuriſditio,quæ officio iudicis nobili,vel p accuſationem exercetur,publicam vtilitatem reſpiciens. ¶ Et dicitur merum quod eſt purum & ſimplex: & cum nullo alio miſtum.l.qui res.§. mihi Romæ.in parua glo.in verbo.merum.ff.de ſolu.& inſti.de diui.ſtip.§.prętoriæ.Et diuiditur ſecundum Bar.in ſex gradus:vt in hac figura patet intuenti:licet Iaſo.ponat tãtum quatuor gradus & melius : quia ſecundum eundem maius & magnum conſtituunt tantum vnum gradum:& paruũ & minus conſtituunt tantum vnum.

d ¶Maximum. Eſt condere legem,ſecundum Bart.& alios in.d.l.imperium.Aliud exemplum:congregare concilium generale. ſecundum Inn. in.c.tranſmiſſam.de electi.patet:quia ſolus Papa poteſt congregare.gloſ. in.c.tranſlationem.de offi.lega.& in.c.ſicut vnire.de exceſ.prę1a . & deficiente Papa poteſt collegium cardinalium ſecundũ gl.in.c.ſi duo.lxxix. diſtin.Bal.in.c.olim ex literis.de reſcrip.vbi ſubdit,quòd nec Imperator, nec Rex Franciæ poſſunt facere congregare concilium.Aliud exemplũ: publicare bona delinquentis,contra auť.bona damnatorum. C.de bo.dã. quia eſt de reſeruatis Principi:& ſic meri imperij maximi. Bald.in.c.j.in prin.de pa.te.in vſi.feu.

e ¶Maius. Eſt adimere vitam corporalem & particularẽ: habereq́ue gladij poteſtatem in animalibus ratione pollentibus. gloſ.in.d.l.imperium. &etiam in irrationabilibus.tex.eſt in.c.mulier.xv.q.j. & etiam animaduertere in corpus inanimatum.gl.eſt magiſtralis inſt. de hęre.quæ ab inteſta.defe.§.per contrarium.plenior glo.in.l.ex iudiciorum.ff.de accu.& in caſu,quem ponit glo.ſingularis in.l.ij.ff.arbo.fur.ceſa.

f ¶Magnum.eſt imponere pœnam , per quam amittatur ciuitas,vel deportatio conſtituatur.glo.& Bart.in.d.l.imperium.ſed ſecundum Iaſ. ibi iſte gradus continetur ſub præcedenti:& ambo non conſtituunt,niſi vnũ gradum.

g ¶Paruum. Eſt relegare.gloſ.in.l. nulli.C. de ſenten. & interlo. omnium iudi.& in.§.relegare.inſtitu. quibus modis ius pa.pote.ſol. & flagellare. imo omnis pœna corporis afflictiua , eſt iſtius gradus.l.ſi quid erit.ff.de offic.procõ.

h ¶Minus.eſt modica coerctio , quæ competit omnibus magiſtratibus: vt in.l.magiſtratibus.ff.de iur.om.iu.& cognoſcere de leuibus criminibꝰ. l.leuia.ff.de accuſa.Et iſtud membrum cum præce.vnum tantum faciunt membrum.& ſic propriè non faciunt,niſi quatuor ſpecies meri imperij ſecundum Iaſ.in.d.l.imperium.xij.col.

i ¶Minimũ. Eſt per quod mulcta pecuniaria imponitur.l.fi.C. de modo mulcta.in.l.j.cum ibi nota.ff.ſi quis ius di.non obtẽpera.l.ij.C.de ſportu.

k ¶Miſtum imperium. Eſt quod officio iudicis nobili exercetur, priuatã reſpiciens vtilitatem.ita Barto.in.d.l. imperium.& communiter moder. approbãt.Et dicit᷑ miſtũ,quaſi ex diuerſis conſtitutũ:ſcilicet ex imperio &iuriſditione.gloſ.in. d.l.imperium . Capit enim ab imperio partem, eo qđ officio iudicis nobili expeditur . Capit autem à iuriſditione partem: quia priuatã vtilitatem reſpicit. Et ſic no.quòd illud dicitur miſtũ, quod participat de duobus,vel pluribus. Et quæ ſit differentia inter miſtum & confuſum,vide per glo.in.l.idem Pomponius.§.ſed ſi plumbum.in ver. vtraq́ꝫ.ff.de rei ven.& diuiditur etiam ſecundũ Bar.in ſex gradus , vt in figura arboris.Sed dic melius ſecundũ Iaſ.quod tantum diuiditur in tres,vt infrà patebit.

l ¶Maximum. Eſt quod ſoli Principi competit actus voluntarios cõcernens:de quo in.l.ij.C.de his,qui ve.eta.impe.l.ij.ff.de adop.l.ij.C.de eman ci.lib.in autent.qui.mo.natu.effi.ſui.col.vij. & iſtud cum ſequenti gradu debet ſimul adiungi.

m ¶Maius. Eſt cognoſcere de ſupplicatione aduerſus ſententiam latam ab eo,à quo non poteſt appellari:quod ſoli Principi & præfecto pretorio conuenit.l.j.C.de ſen.pręfec.pręto.auť.quę ſupplicatio.C.de preci.impe rato.offeren.

n ¶Magnum. Eſt cognitio earum cauſarum,quę important plenam cauſę cognitionem & coerctionem realem,vel perſonalem, vt mittere in poſſeſſionem ex ſecundo decreto:reſtituere in integrum : expellere aliquem de poſſeſſione re ipſa.Hęc probantur in.l.ea quæ.§.magiſtratus.j.ad municipalem.& iſtud membrum cum ſequenti , debet ſimul iungi ſecundũ Iaſo.in.d.l.imperium.

o ¶Paruum. Eſt cognoſcere de cauſis,quæ habent plenam cognitionem: licet non habeat coerctionem realem , vel perſonalem , vt dare bonorum poſſeſſionem,quæ tribuit ius pronunciare aliquem mittendum in poſſeſſionem ex ſecũdo decreto:interponere authoritatem in alienationibus & tranſactionibus alimentorum. Et iſta quatuor membra miſti imperij non poſſunt delegari.l.iiij.§.duas.ff.de dam.infec.l.nec quicq́ꝫ.§.vbi decretum ff.de offi.procon.

p ¶Minus. Eſt dare bonorum poſ. ex edicto Carboniano in poſſ.mittere ſummariè cognoſcendo:& ſic omnia requirentia cauſę cognitionem tantum ſummariã,ſunt iſtius gradus:& poſſunt delegari.l.cognitio.§.vt poſſeſſio.ff.de offic.eius,cui man.eſt iuriſ.Et iſte gradus cũ ſe.ſub eodẽ cõprehendunt᷑:& ſic ꝓpriè nõ ſunt,niſi tres gradꝰ miſti imperij ſecundum Iaſ. in.d.l.imperium.

q ¶Minimũ. Eſt quod expedit᷑ abſq́ꝫ cauſę cognitione, vt interponere authoritatẽ manumiſſioni,& emãcipationi:cõpetũtque iſta iure magiſtratus:& ſic ſunt delegabilia.l.ij.in princ.ff.de offi.eius cui mãdata eſt iuriſd.

r ¶Iuriſditio ſimpelx. Eſt quæ officio iudicis mercenario expedit᷑,priuatam vtilitatem reſpiciens.Bar.in.d.l.imperiũ . Et diuiditur etiam in ſex gradus:ſed melius ſecũdũ Iaſ.in tres,vt patet per ea quę.j.dicentur.

s ¶Maxima.In qua vertitur res magni prejudicij:vt cauſæ ſtatus,ingenuitatis,& libertinitatis.l.placet.C.de peda .iudi.vide Bald . in.c.edoceri.de reſcrip.ꝙ negotium arduum dicitur,in quo agitur de ſtatu.Et idem in.c. ex ratione.de app.quod oĩs cauſa famoſa eſt,qñ agitur de fama hominis: & tunc dicitur ardua.

t ¶Maior.Eſt quando ex cauſa deſcendenti ex delicto quis fuit condẽnatus ciuiliter:& quia non habet in bonis,luat in corpore.l. quicunque .C. de ſerui.fu.Et cum ſit quędam executio,non poteſt delegari ſecundum Bar.in.l.placet.C.de pedaneis iudi.vbi dicit hos duos primos gradus pro priè facere vnum : quamuis in .l . imperium . dicat duos eſſe gradus diſtinctos.

v ¶Magna.Vt vltra.ccc.aureos,& nõ põt delegari.§.& iudicare.in auť. de defen.ciui.niſi propter occupationes, vel longam abſentiam,in.l.placet. &ibi Bar.C.de pe.iud.& Ang.in.l.imperium.

x ¶Parua.A.ccc.aureis intrà:& illa poteſt delegari indiſtinctè.tex.in.l.imperium.in fi.& iſti gradus cum precedenti pñt ſimul iungi.

y ¶Minor & minima.Quæ dicantur remittendum eſt arbitrio iudicis cum nõ ſit à iure determinatum per regulam.l.j.§.fi.de iure delib.ff.& hæc duo computari debent pro vno:& ſic propriè,nõ ſunt,niſi tres gradus iuriſditionis ſimplicis ſecundum Bart.in.d.l.placet.& Iaſ.in.d.l.imperium q̃uis Bart.hos ſex gradus hic proſequatur.

z ¶Quædã ſunt,quę pñt eſſe meri imperij & iuriſditionis ſimplicis :diuerſis tñ reſpectibus.Primò tortura,qñ aliquis torquetur ad pœnam,eſt meri imperij:& ſi in criminalibus imponatur ad veritatem eruendã,eſt etiã meri imperij: ſecũdum Bar.in.l.interdum.§.qui furem.ff.de fur.ſi imponat᷑ in ciuilibus:qa teſtes vacillant,eſt iuriſditionis in auť.de teſti.§. ſi verò ignoti,coll.vij.Secũdò,qñ leuis coerctio imponit᷑ ad pœnã leuis delicti,eſt meri imperij.ſi in ciuilibus cõtra contumacem,eſt ſimplicis iuriſditionis ſecũdũ Ang.& Iaſ. in.l.illa.imperiũ. Tertiò,incarceratio,quę fit de iure canonico ad puniẽdũ delictũ,eſt meri imperij:al's eſt ſimplicis iuriſditiõis ſecũdũ Gul.Alber.Bal.Saly.Alex.& Iaſ.in.d.l.imperiũ.licet aliter Bar.in ſecunda ſpecie meri imperij. Quartò,excõicatio,quæ ex publica cauſa imponitur contra rebelles,vel contumaces,eſt meri imperij:ſed ad inſtantiam partis conceſſa eſt ſimplicis iuriſditionis,ſecũdũ Panor.in.c.cum cõtingat,col.v.de fo.compe.Quintò,appellatio in cauſa criminali,eſt meri imperij:in ciuili eſt iuriſditionis vel miſti imperij.Et hæc ſufficiant ad materiam præcedentis figuræ.

Liber Secundus.

De iurisditione omnium iudicum *Rubrica.*

¶Glo.cõtinuant hanc Rubricam:quia ſuprà poſuit de cuiuſlibet iudicis officio ſinguiariter & ſpecialiter:hic ſimul tractat communiter ſiue in genere de iuriſditione omnium iudicum . Simile eſt.C. communia vtriuſq́ꝫ iud.& communia de leg.& cõmunia præd.& cõmunia de ſuc.Ex hac cõtinuatione habes,qđ idem eſt dicere de iuriſditione omnium iudicum,& de officio iudicum:quod an ſit verum,dicam ſtatim.j.in.l.j. ¶ Querit glo. quæ eſt differentia inter hunc titu.& titulum.ſ.de offic.eius cui man. eſt iuriſdi.ſolue,vt in glo.& quælibet eſt bona & clara,& ideo non curo eam aliter declarare.

SVMMARIVM.

1 *Iuriſconſultus dixit ius dicentis officium:& non iudicis dicentis:quia ſibi ſic placuit.*
2 *Officium iudicis non habet corporalem longitudinem:ideo Iuriſcon. hic dixit latiſſimum.*
Cy.erat multum longus.
3 *Iuriſditio eſt poteſtas de iure publico introducta,cum neceſſitate iuriſdicendi & æquitatis ſtatuendæ,tanquam à perſona publica.*
Pater in filium,dominus in ſeruum,& tutor in pupillum,quam iuriſditionem habeant?
4 *Dare bono.poſ.hodie eſt miſti imperij,ſicut olim.*
5 *Miſſio in poſ.non poteſt demandari.*
6 *Datio tutoris ſemper eſt miſti imperij.*
7 *Cauſæ miſti imperij etiãm in fauorem pupillorum,non delegantur.*
8 *Delegare iudicem,eſt iuriſditionis.*
9 *Iuriſditio & officium iudicis,quando ſint idem.*
10 *Officium iudicis & actio an ſint idem,& quomodo differant?*
11 *Officium iudicis miſericorditer imploratur.*
12 *Officium eſt triplex:nobile,mercenarium,& aduerſarium.*
13 *Iudex quando eius officium exerceat parte non petente:remiſſiuè.*
14 *Libellus in officio iudicis,& litis conteſtatio,an requiratur:remiſſiuè.*
15 *Iuriſditio an cohæreat territorio,& quòd poſſit eſſe ſine territorio:& territorium ſine iuriſditione.*
16 *Princeps concedendo territorium vniuerſaliter,dicitur concedere iuriſditionem.*

a IVs dicentis.[a] ¶ Primò po
nit dictum in genere. Secundò il-
lud declarat ꝑ ſpecies:hæc eſt cō-
munis diuiſio. Vel aliter potes di-
cere,ꝙ primò ponit dictũ:ſecundò
eius probatio.Secunda ibi,nam & bonorum.& bre-
uiter.h.d.in ſumma. ¶ Officium iudicis eſt genus
generaliſſimum cōtinens oīa,q̄ pn̄t expediri ꝑ iudi
cem.h.d.vſq; ad finē. ¶ Ibi,latiſſimũ eſt.i.quoddam
genus gn̄aliſſimũ.Ibi,nā & bonorũ. ¶ Ad euidentiā
huius partis,ſcias:ꝙ genus gn̄aliſſimũ eſt,quod oīa
cōtinet,& nullũ gen⁹ habet ſupra ſe.Probeť in.l.cũ
poſt.§.gener.j.de iure do.&.l.legato gn̄aľr.& ibi no.
j.de leg.j. ¶ Hoc ꝑmiſſo,caſus eſt clar⁹.dicit tex.Nā
expone,& ꝑ etiā.q.d.nō ſolũ iſta, q̄ hic enumeraťť:
ſed etiā oīa alia pōt facere iudex: meritò cōcludiť,
qđ eſt latiſſimũ:hoc eſt gen⁹ gn̄aliſſimũ.Notabilia
ſunt clara.& no.ꝑ iuuenib⁹:prīò,ꝙ ex offō iudicis
dať tutor:mittiť in poſſeſſionē bonorũ:delegatur iu
dex.& ſiľia,q̄ hic ponunť. ¶ Venio ad primum di-
ctũ.& op.Nā illud,quod eſt latiſſimũ oīa cōtinet:qa
vltra illud,nil repiť:vt.j.de ꝟ.ob.l.vbi aũt nō appa-
ret.in prī.ibi,at cũ optimũ.ſed hic enumeranť ſolũ
ea,q̄ ſunt miſti īperīj & iuriſditionis:nō ea, q̄ ſunt
meri:ergo nō eſt latiſſimũ.Solu.illa dictio &,q̄ præ
mittiť,poniť implicatiuè,vt oīa illa cōp̄hēdat, quæ
poſſent ꝑ iudicē expediri:vt.ś.dixi. ¶ Itē op.dr̄ hic,
b ꝙ pōt dare bonorũ poſſeſſionē.cōtrà:imo[b] habet ne
ceſſe:vt.l.munerum.§.iudicandi.j.de mune. & ho.
Sol.dicit glo.pōt.i.debet.fateor tn̄,ꝙ ſunt q̄dā q̄ ī li
bera iudicis ꝑtāte ponũť,& ei⁹ neceſſitati ſubiacēt:
vt.l.j.C.q̄uo & qn̄ iudex.&.l.nō qcqd.j.de iu. ¶ Ve
nio ad q̄ſtiōes:& primò ad ea,quę tāguntť ī gl.Et q̄-
1 ro,† quare dicit ius dicentis,& non iudicis dicentis.
Rn̄.glo.hoc ideo,qa nō de omni iudice:ſed tantũ de
eo,q habet merũ & miſtum imperium.ita hic Iuriſ
cōſult⁹ intelligit:Quod tenet Gul.ꝑ.l.ij.§.j.j.ne qs
eũ q in ius vocat⁹ eſt vi exi.& no.j.tit.ij.ſup rub. Dũ
dicit,ſi qs ius dicēti nō obtēperauerit. Nam loqui-
tur de maiori iudice,vt ibi dicam.Pro hoc,qa diffe-
rētia eſt inter notionē & iuriſditionē: vt. j.de verb,
ſig.l.notionē.in prin.&.j.de re iud.l.ait ꝑtor.in prin.
¶ Idē dicit Iac.bu.hoc declarās latius ſic: Iudicare
propriè eſt dirimere litē,q̄ eſt inter partes:vt.l.j.j. de
iud.Ius dicere poteſt fieri etiam,vbi nullum eſt liti-
giũ,vt qn̄ interponitur decretum ſuper alienatione
rerũ minorũ,vel ſuper tranſac.alimentorũ,quę ſunt
miſti imperīj.Quibuſdā alijs,videlicet.Ia.de are. &
Cy.& Ray.hic hoc diſplicet.Nā idem eſt dicere iu-
dex,qđ ius dicēs:vt extrà de verbo.ſig.c. foris. qđ
placet:qa hic ſyncopatur:qa trahiť litera,ſ, de me-
dio.Item,qa appellatio iudicis refertur ad maiores:
vt in corpore.de iudi.& vt omnes obe.iud. prouinc.
& ideo dicit ius dicentis,& non iudicis:quia ſic pla-
cuit ſibi.Et ſi īſtares ergo videť hic,quod loquatur
de quolibet iudice:quod videtur falſum ꝑ excēpla,
quæ hic ponunť,quę ſunt miſti impīj:& non perti-
nent ad magiſtratus:vt.l.j.j.ti.ij.&.l.ea,quæ ad mu-
nicipa.Sol.hic loqtur de officio iudicis in genere,nō
iſtius,vel illius:& hoc modo ſumēdo continet om-
nia,quę pn̄t expediri per quēcũq; iudicem de mun-
do:non ꝙ poſſit vnuſquiſq; oīa:ſed hæc appellatio
offm̄ iudicis continet oīa,q̄ pn̄t pertinere ad vnum
quēq; iudicē:cũ ſit genus generaliſſimum. ¶ Quæ-
2 ro extra glo.† quare dixit latiſſimum,& nō longiſſi-
mũ? Rn̄.pe.quia ſapientia conſiſtit in latitudine, &
non in longitudine.Nam rarò longus inuenitur ſa-
piēs.Sed hæc ſol.diſplicet Cy.qa ipſe multũ longus
erat:& ideo dicit Cyn.ꝙ ideo ſic dixit:quia ſibi pla-
cuit.Tu dic,ꝙ ideo dicit latiſſimũ:quia officium iu-
dicis nō habet longitudinem corporalem: qa eſt in-
corporale:& quantā longitudinē habeat,in tpe, vel
in vita,hic Iuriſcōſultus nō intendit tractare:ſed tm̄
intēdit tractare de latitudine,quæ comprehendit.ſ.
quid & q̄tum contineat:cum ſit genus generaliſſi-
c mum:vt dixi. ¶ Item quæro,[c] quid ſit iuriſditio? gl.
3 hic diffinit,quòd iuriſditio,† eſt poteſtas de iure pu-
blico introducta,cũ neceſſitate ius dicendi:& ęqui-
tatis ſtatuendæ. Similem gloſſam habemus in. §.
iuſiurandum.in corpore de defen.ci.circa medium glo.magnę.Gl. primò
dicit,ꝙ eſt poteſtas.hoc probatur in.l.poteſtatis verbo.j. de verbo. ſigni.
¶ Sequitur de iure publico introducta.hoc probatur.in.l.ij.§. huius ſtu-
dīj.ś.de iuſti.& iu.& de ori. iur.l.ij.§.poſt originem. & quaſi per totum.
¶ Sequitur cum neceſſitate iuris dicendi.hoc probatur in.l.numerum.
§.iudicandi.j.de mune.& ho.&.l.de qua re.j. de iud. ¶ Sequitur,& æqui-
tatis ſtatuēdę,hoc probatur.C.de iu.l.placuit.&.j.de eo,quod certo loco.
l.quòd ſi Epheſi.in fin. ¶ Sed contra hoc opponi. quia ſecundum hoc,
pater in filios,dominus in ſeruos,tutor in pupillos habent iuriſditionem.
Eſt enim eorum poteſtas introducta de publicō.Nam poteſtas patris eſt
introducta à iure ciuili:vt.l.iij.de his qui ſunt ſui,vel alieni iur.& inſti. de
pa.po.Item ſimile in tutela:vt.l.j.infrà.de tute.Eſt enim munus publicum
authoritate:licet vtilitate priuatum:vt.l.j.infrà de mu.& ho.l.Athletę.ver.
tute.infrà.de excu.tu.& inſtit.de excu.tuto.iuxta princ.Poteſtas domini,
eſt de iure gentium?vt.l.manumiſſiones.ś.de iuſti.& iu. ¶ Item habent ne
ceſſe reddere ius,hoc eſt dare,& facere eis illud,quod ius pręcipit.vt infrà
de lib.agno.per totum.&.C.de lib.alen.per totum.In tutore eſt planum.
Item debet ſtatuere ęquum in eos,non iniquum:vt. l.ij.ś.de his, qui ſunt
ſui vel alie.iur. ¶ Horũ occaſione,addas in diffinitione vnum verbũ,& di-
cas,iuriſditio eſt poteſtas de iure publico introducta cum neceſſitate ius
dicendi,& ęquitatis tanq̄; à perſona publica ſtatuendę.hoc quod dico, ꝙ
tanq̄; à perſona publica,perficit diffinitionē:qa in contrarijs facit tanquā
priuatus.& hoc prout iuriſditio ſumitur & diffinitur in genere,quę diui-
ditur in tres alias ſpecies:vt dicam.& not.in.l.imperium.j.eod. Et ſi dicas
qd ad propoſitũ,cũ hic tractetť de officio iudicis,& non de iuriſditione:re-
ſponde,vt dicam ſtatim. ¶ Item quęro,vtrũ dare bonorũ poſſeſſionē ſit
miſti imperīj?glo.dicit,ꝙ ſic.dic vt in ea.& declarabo.j.eo.l.iubere cauere.
4 ad fi.vbi ꝓpriè eſt iſta materia. ¶ Quæro,an hodie[d]† dare bonorum poſ-
d ſeſſionem ſit miſti imperīj?glo.dicit,ꝙ non.C.qui ad bo.poſ.admit.l.fi.&
inſti.de bo.poſ.ī fi. ¶ Tu dicas, hoc,ꝙ ſcilicet bonorũ poſſeſſionē agnoſci
coram iudice;competit iure magiſtratus,nihil eſt.Nihil enim facit iudex
e niſi quod exhibet præſentiam ſui.Sed ſi quis[e] vellet,quòd iudex decerne
ret bonorum poſſeſſionem:tunc eſſet miſti imperīj hodie,ſicut olim:nec
reperimus aliquid immutatum. ¶ Item quęro in tertia gloſ.vtrũ mittere
in poſſeſſionē,ſit miſti imperīj.Gloſ.diſtinguit.dic vt in ea. & hoc qua-
5 liter debeat ītelligi.declarabo in.l.iubere cauere.j.eo.Sed videtur,† quòd
miſſio in poſſeſſionem poſſit demandari:quia videmus quotidie,ꝙ iudex
mandat nuncijs,vt mittāt quem in poſſeſſionem:vt.l.is cui.§.miſſus.j.vt
in poſ.leg.Sol.non committit,vt tranſeat iuriſditio:quaſi dicatur,ꝙ nun-
cius faciat tanq̄; nullus miniſter,hoc eſt,qđ per nuncium faciat iudex:vt
6 l.qui autē.§.fi.&.l.ſeq.j.de conſti.pec. ¶ † Itē quęro,vtrum dare tutorem,
ſit miſti impīj.Gloſ.diſtinguit hic,& alibi melius.j.de tu.& cura.da.ab his.
l.ius dādi.Aut ſubſtantia pupilli,eſt vltra quingentos ſolidos:& tunc eſt
miſti imperīj.nec poteſt demādari,niſi habenti iuriſditionem:vt.j.de tute.
l.mutuo.§.tutoris.&.j.de tuto.& curat.da.ab his.l.nec mandante. Aut eſt
infra quingentos ſolidos:& eſt iuriſditiōis.inſti.de Attiliano tuto.circa fin.
¶ Tu dicas,ꝙ eſt ſemper miſti imperīj: tamen quandoq; eſt miſti impe-
7 rīj maioris.Quandoq; minoris:vt dicam.j.eo.l.imperium. ¶ † Item quęro,
an aliæ cauſæ,quæ ſunt miſti imperīj, poſſint delegari habenti iuriſditio-
nem:ſicut tutoris datio?Reſpondet gloſſ.ꝙ non:vt hic not.& in tutore eſt
ſpeciale pupillorum fauore.Sed an alię cauſæ miſti imperīj,poſſint delega
ri fauore pupillorum.Reſpondet gloſſ.ꝙ non:quia in eis non vertitur tan-
tum periculum.Quod etiam fallit fortè,ſi per hoc pupillus cogeretur li-
gare extra prouinciam:vt.l.j.C.quando Impe.inter pupill.& vidu. ¶ † Vl
8 timò quærit gloſſ. vtrum iudicem delegare ſit iuriſditionis.& dicit, quòd
f ſic:& bene,vt.l.imperium.j.eodem.[f] Expeditis glo.venio ad materiam. &
9 † quæro vtrum officium & iuriſditio ſint idem.& videtur ꝙ ſic.Nam in ru-
brica dicitur de iuriſditione omnium iudicum.& in nigro dicitur ius dicen-
tis officium.Nam ſi aliud eſſet,iſta lex non cogruè poneretur hic.& hoc vi
detur ſentire gloſ.rubricæ.vt dixi ſuper ea. ¶ In contrarium videtur. Nam
ex eo,quod dicit officium iudicis,præſupponit,quòd ante ſit iudex, quàm
habeat officium:& iudex non eſt,niſi qui habet iuriſditionem:vt.l.j. de iu
di.ergo iuriſditio eſt aliud.Petr.dicebat aliter,ſcilicet, quòd iuriſditio eſt
ius:officium eſt exercitium ipſius iuris.Gul.dicebat aliter:quod referre ti-
g bi non curo. ¶ Tu clarius ſic dicas[g], ꝙ officium iudicis variè poteſt conſi-
derari.Primò ſimpliciter & abſolutè,prout non cohæret ꝑſonæ: vt officiũ
Poteſtariæ:officium Capitaneatus:officiũ Legis,vel Principis.Illud enim
officium poteſt eſſe,& eſt etiam ſi non ſit perſona,quę ſubeat illud.Et iſto
modo officium iudicis & iuriſditio,quaſi idem ſignificant:ſed diuerſimo-
dè.Nam cum dico,officium iudicis,denoto prīcipaliter ipſam perſonam,
cui ineſt adminiſtratio,ſeu honor iuriſditionis:ſecundario ipſam iuriſditio
nem:vt.j.de muner.& ho.l.honor.&.C.vbi & apud quem.l.fin.Cum dico
iuriſditio,denoto principaliter iuriſditionem:& per conſequens officium,
cui inhęret iuriſditio:vt dictis legibus.& hoc modo ſumendo tale officium
omni tempore eſt vnum:licet perſonæ mutentur,vt infrà.de iudi.l.propo
nebatur.& extrà de reſcriptis.c.ſi gratioſè.libro.ſexto.Secundo modo po-
teſt conſiderari officium,prout cohæret perſonæ:& tunc ſi quidem accipe
retur officium pro totali adminiſtratione, differt officium à iuriſditione:
quia iuriſditio eſt ius & poteſtas &c.vt.ś.dixi.officium eſt exercitium il-
lius iuriſditionis:vt de admi.re.ad ciui.perti.l.iiij.§.in eum.& hoc modo ſu-
mendo

a ¶ Vtrum poſſit vēdi iuriſditio: vide Bar.in cōſ.cccxij. īci. vtrum iuriſditio poſſit vendi, vide ibi quia pulchrè loquitur.

b ¶ Cōtrà, Imo. Et hic no.iſtā neceſſitatem imponi ſibi ꝑ lég.nā pōt cogi ꝑ ſupiorē,cui iuriſditio ſubalternatur.ī auť. de quæſtor.§. ſuper hoc.l.miſſi opīatores.de exac. trī.Andr.Barb.

c ¶ Itē q̄ro.Not.per illud ꝟbũ. æquitatis ſtatuēdæ, dicũt doc.ꝙ facere ſtatuta,eſt iuriſditio. Vide Bal. & Bar.in.l. oēs ppľi.de iuſt.& iur.& Ang.ibi qui concordat opiniones.quod not. Andrę.Barb.

POMATES.

d ¶ Quæro, an hodie.Idē tenet Ang. in.l.j.ff.de bo.poſ. hære.pet.Bar. in.l. j.ad fin.C.ſi de momen.poſ.

e ¶ Sed ſi qs. Quod nō credo verum,ꝙ iſtud decretũ eſſet nullum: nec cōferret aliquod ius, ēt in bo.poſ. contratab:vt not.in.l. fin. §.fin.de cur.fur. & ibi eſt glo.ſing.Andrę.Bar.

POMATES.

f ¶ Infrà eod. Vide Fely.in.c. poſt ceſſionem. de proba. in.j.col.

POMATES.

g ¶ Sic dicas. Vide Ro.cōſi.cclx. Bal. conſ.xxxij. Alex. conſi.lx.

mendo in persona cuiuslibet iudicis, est vnũ officiũ. vt. l. cum apud. ȷ. iudi. solut. in. d. c. si gratiosè. Tertio mõ potest cõsiderari officiũ iudicis, prout particulariter exhibetur, in quibuslibet causis, nõ pro administratione to tali: & tũc loquitur hæc lex: quia officiũ iudicis est quoddã genus generalis simũ cõtinens oẽs spẽs officij. s. nobilis, mercenarij, vel aduersarij: p quas iudex põt aliquid facere: vt hic. Et qd sit, & in quo differat à iurisditione,
10 statim dicam. ¶ † Quæro tñ vtrũ iudicis officiũ, & actio sint idẽ. hoc tangunt hic docto. & Dyn. insti. de actio. in prin. vbi glo. tangit. Breuiter ꝑut officiũ iudicis cohæret personæ iudicis, de quo hic loquitur: stultũ est quærere an sit idem, ꝙ actio. Nã actio cõpetit parti: & est ius petẽdi in iudicio, quod sibi à parte debetur: vt insti. de acti. in princ. Sed officium iudicis est ius competẽs ipsi iudici. & est ius faciẽdi ea, ꝙ sibi vt iudici facienda incũbũt. Quod sit ius, probatur. ȷ. de tut. & cura. da. ab his. l. ius dandi. s. de officio præsi. l. illicitas. §. qui vniuersas. & l. fi. in pri. s. de offi. ꝓcu. Cæsa. Et differt à iurisditione, sicut actio ab obligatione. Nam sicut p actionẽ consequitur qs, quod in obligatione deuenit: ita per officiũ iudicis ad effectũ producitur, quod venit in iurisditione, vt hic ꝓbatur. & in oĩbus legib⁹ præcedentium titulorum, quæ de officijs tractãt. Sicut enim aliud est humanitas nostra, seu locutio nostra: aliud est potentia loquendi, quæ locutionem deducit in actũ: sic aliud est iurisditio: & aliud est iudicis offm̃ quod iurisditionẽ deducit in actũ. Et licet quãq; leges dicãt, quòd iudicis officiũ, est ipm facere, vt. l. ȷ. s. de offic. procõ. impropria tñ locutio est. hoc est ius faciendi, vt. s. dixi. ¶ Item quero, vtrum officium iudicis prout competit parti, sit idem quod actio. & ad hoc intendit disputatio doct. & Dy. insti. de acti. in prin. ¶ Sed aduertendũ. Nã cum dicim⁹, quòd officium iudicis competit parti, impropria & impropriissima locutio est. Cõtinet em̃ repugnãtiam ĩ seipsam, scilicet qđ sit offm̃ iudicis & sic partis, vel in parte. Et ideo sciẽdũ est, ꝙ officiũ iudicis prout parti cõpetit, aliter deberet nominari de iure. Quãq; enim nominatur proprio noĩe, vt in integrũ restitutione: & vt. l. ꝙ si minor. in fi. de mino. & per totum tit. de in integr. restitu. vt est excusatio: vt. ȷ. de excu. tut. l. scire oportet. §. oportet. & ibi no. Est enim ius impetrãdi officiũ iudicis super excusatiõe: & tñ appellatur excusatio: vt. l. præfecti. de mino. dixi plenè. ȷ. de appel. l. ȷ. in princ. vbi autem non reperitur proprium nomen, appellatur prosecutio: vt. ȷ. de ver. sign. l. pecuniæ. §. ꝓsecutionis. Ista autẽ prosecutio, hoc est ius impetrandi officium iudicis, vtrum sit idem, quod actio: determinat glo. & Dy. insti. de acti. in princ. quòd nõ: sed habet similitudinem cũ actione: vt. ȷ. de acti. & obliga. l. actionis verbo. Et est differentia in hoc: quia actio oritur ex obligatione regulariter: vt. l. licet. §. ea obligatio. ȷ. de procur. Officium iudicis nõ psupponit obligationẽ: vt. ȷ. de acti. emp. l. q p collusionẽ. §. ȷ. & de an. leg. l. quint⁹. Et ex hoc se-
a quitur[a], ꝙ qñ libellus formatur super actione, debet quis narrare ea, p quæ cõcluditur, quòd pars tenetur ad aliqđ dãdũ, vel faciẽdũ: vt videbitis plenè. ȷ. de eden. l. ȷ. in princi. sed qñ formatur super officio iudicis, debet quis narrare ea, per quæ concludatur, quod iudex debeat facere, vel possit id, qđ petitur: nõ quòd pars teneatur. Exemplũ est in titu. de mino. & in tit. de in integ.
b resti. & qui pe. tut. & in multis similibus. ¶ Itẽ ex prædictis[b] apparet alia differentia: vt dicunt doc. & bene. quòd per interpellationem factã parti, qñ solum põt cogi officio iudicis non constituitur in mora: vt. ȷ. de damn. infec. l. cum postulassem. in prin. & not. ȷ. de eden. l. vbi. in fi. Et est rõ: quia iudex cogit partẽ hoc facere: nõ autẽ pars est obligata ad hoc faciẽdum: quia pars nihil debet. Est ergo à iudice postulandum, seu impetrandum,
11 non à parte: secus in eo, quod venit iure actiõis: vt. ȷ. de vsur. l. mora. ¶ † Itẽ ex hoc concluditur, ꝙ officium iudicis, dicitur misericorditer implorari: vt no. ȷ. de interrog. actio. super rub. quia illud, quod pars petit, sibi non debetur: sed iudex ex officio suo potest facere, vt sibi detur: licet quãq; esset iniuria, si denegaret: vt. l. ȷ. §. pen. ȷ. de aqua quoti. & esti. & ideo est introducta appellatio à sententia lata sup officio iudicis, si deneget: vt. l. ȷ. C. si sepius in
12 integr. resti. post. ¶ † Item quero quotuplex sit officium iudicis. gl. instit. de act. §. preterea. & gl. C. de depo. l. iiij. dicit, qđ est triplex. Quoddã nobile. Quoddã mercenariũ, qđ deseruit actioni ex natura ipsius actionis: vt in bonæfidei iudicijs. Quoddã, qđ deseruit actiõi cõtra naturã ipsius: vt in arbitrarijs. ¶ Petr. & Gul. & alij faciunt alias diuisiones dicentes, quòd quoddam est officiũ, quod residet in parte. Quoddam, qđ residet in iudice: sed certè nullum officiũ residet in parte: Ideo istam partem omitto: & omissis eorũ verbis, & aliter, ꝙ ipsi glo. si dicas, ꝙ est triplex species. Officium iudicis, quoddã est nobile, quoddam mercenariũ, quoddam aduersariũ. ¶ Officiũ nobile, est quod per se stat, siue hoc iudex suo motu exerceat, siue ad postulationem alterius: vt inquirendo: concedendo restitutionem in integrũ: dãdo tutores: interponendo decreta: constituendo salaria aduocatis & medicis, & similia. ¶ Quoddã est officiũ mercenariũ, quod p se nõ stat, licet deseruiat actioni. & hoc põt esse multiplex: quia quãq; deseruit actioni proponẽdæ, vt in citationibus & interrogationibus: & in oĩbus, quæ fiũt ante litẽ cõtestatam. Quãq; deseruit actioni propositæ exercẽdæ, vt in dandis dilationib⁹, recipiẽdis testibus & probatiõib⁹, & in omnibus alijs post litẽ contestatã occurrentibus, vsq; ad diffinitiuam sententiã. ¶ Quãq; deseruit actioni propositæ terminandæ: & hoc tripl'r. Aut ex natura actionis, vt cum condemnat in vsuris, & fructibus & interesse, in bonæ fidei iudicijs. Aut contra naturam actionis propter aliquod extrinsecũ accidens: vt in arbitrarijs, vel propter naturã iudicij, vel instãtiæ nõ attento, quæ sit actio: vt in cõdẽnatione expensarum: vt. C. de fruct. & lit. expẽ. per totũ. Quãq; de seruit actioni ꝓpositæ & determinatæ: id est exequendæ, vt officium iudicis, qđ est in executione exercenda: vt. ȷ. de re iudic. l. a diuo Pio. per totũ. Tamen vtrũ sit illud officium nobile, vel mercenariũ posset dubitari. dicam. ȷ. e. l. iubere ca-
b uere. in fi. ¶ Quoddã est officiũ iudicis aduersariũ, qđ non deseruit actioni: sed imo sibi aduersatur: & cõtradicit inquantũ põt: & hoc dupliciter. Primò qñ officiũ iudicis loco exceptionis directè ꝓponitur: vt. ȷ. de pet. here. & l. planè. & l. fi. & l. itẽ si ꝟberatũ. §. ȷ. ȷ. de rei ven. Vel qñ deseruit exceptioni ꝓpositæ: vt in toto tit. de exception̄. Ista diuisione omne officium iudicis comprehenditur. Alia pulchra exẽpla possent dari. de quo vide Specu. de offic. iud. vbi ponuntur plura eius exempla, quàm alibi.
13 ¶ † Item quero: vtrum[c] iudex possit officiũ suũ exer
c cere sine petitione partis. de quo vide plenissimè in
14 l. iiij. §. hoc autem. ȷ. de dam. infec. ¶ † Item quæro,
d vtrum in officio[d] iudicis debeat libellus dari, & lis contestari. gloss. tangit in rubr. ȷ. de interrog. act. & in. l. nec quicq;. §. vbi decretum. de offic. procon. & leg. & ibi dicemus. tex est cum gl. in. c. fi. extrà de of
15 fic. iudic. ¶ † His visis circa officium iudicis, restat videre vnum circa iurisditionẽ. s. vtrum iurisditio cohæreat territorio. Gul. de cug. videtur dicere, quòd sic. Est enim quædam qualitas, sicut seruitutes sunt quædam qualitates prædiorum: vt. l. quid aliud. de verb. sig. ¶ Sciendum primò pro declaratiõe: quod non est de necessitate, ꝙ iurisditio cohæreat territorio. Potest enim esse iurisditio sine territorio: vt in iudicibus chartularijs: vt not. infrà de iu. l. ȷ. & C. vbi & apud quem. l. fi. ¶ Item potest esse territorium sine iurisditione: vt patet in communitatib⁹, ꝙ sunt in comitatu huius ciuitatis, vel alterius qui nullam habent iurisditionem: sed ciuitas habet in eos. Vel pone exemplũ in Principe, qui priuauit ciuitatẽ Brixiæ omni iurisditione, ꝙ habet territoriũ: nõ tñ habet iurisditionẽ. ¶ Secũdò no. iurisditio nõ cohæret territorio, vt sit iurisditio in seipsa actiua. Verbi gr̃a. nõ põt dici vnũ territoriũ habere iurisditionẽ in seipso, sed bñ põt dici vnũ territoriũ habere iurisditionẽ in alio: sicut ciuitates in alio territorio. bene põt iurisditio cohærere territorio passiuè: quia alius habet iurisditionẽ ĩ territorio: vt. ȷ. de ver. sig. l. si pupillus. §. territorium. ¶ Tertiò dico, ꝙ qñ iurisditio cohæret territorio siue actiuè siue passiuè: non cohæret, sicut qualitas ipsius territorij, sicut dicit Gul. sed aliter, vt apparet ex. l. more. ȷ. eodem. vbi dicit, ꝙ ille, ꝙ habet iurisditionẽ ordinariã: habet eam suo iure. hoc est iure residente in persona eius non in ipso territorio. & tex. in. d. §. territorium. hoc clarius
e explanauit.[e] ¶ Ad huius ergo intelligentiam scias, ꝙ quædam sunt iura merè realia debita à re rei, vt seruitus. & ille sunt propriè qualitates prædiorum.
f Quædã sunt iura debita psonæ in re: vt dominium, pignus: & similia. Sicut ergo dñium cohæret personæ domini. tñ est in re. ita iurisditio cohæret officio & personæ eius, ꝙ habet officiũ: tñ est in territorio: & sic nõ est qualitas territorij: sed magis personæ. Et ista æquiparatio de iurisditione ad dñium probatur sic. Princeps habet omnem iurisditionem: vt. s. de consti. Prin. l. ȷ. & ex hoc dicitur dñs totius mũdi, vt. ȷ. ad. l. Rho. de iact. l. de precatio. Sicut quilibet iudex dicitur Princeps ciuitatis, vel territorij, cui pæst, vt. ȷ. de excu. tu. l. spadonẽ. §. si ciuitatis. & rectè potest dici dñs totius illius territorij vniuersaliter considerati, sicut de principe pluries dixi. & maximè in prima constitutione huius libri. ¶ Ex hoc sequi
6 tur pulchra[f] cõsequentia, & vera: quòd si princeps vel aliud concederet tibi vniuersaliter vnũ territo-
f riũ[f]: videtur tibi concedere vniuersaliter iurisditionẽ: qa sicut ille, ꝙ cõcedit rẽ singularẽ dicitur dñiũ rei singulare cõcedere: vt. l. si ita. in fi. de cõtrahẽ. empt. ita ille, qui cõcedit vniuersale territorium, vr̃ concedere iurisditionen, ꝙ est idẽ, quod dñium alicuius rei particularis. secus si concederet in vna particula, vel in vna re particulari: vt. l. in modicis. ȷ. de contrahen. empt. facit quod no. in. l. fi. s. de consti. prin. dixi in. l. fi. qñ. C. de bo. vac. lib. x. Et ex hoc patet ꝙ iurisditio non cohæret ꝓpriè territorio. Pro tanto tñ di

a ¶ Ex hoc sebuit. Adde tex. in. l. defendente. de auth. tu. Andre. Barba.

b ¶ Itẽ ex predictis. qđ itelligẽ officio nobili, nõ aũt mercenario p no. p Cy ĩ. l. ȷ. C. de alie iud. circa mediũ & tu põdera: qa Inn. ĩ. c. ij. de offi. Iud. tenet ꝙ si iudex nõ vult ex offõ suo ꝓcedere, nõ tenetur. & ita transit. d. Anto. & Io. an sed Bart. hic dicit, ꝙ fit iniuria: & p cõns pt appellari. Io. de Imo. vbi dicit ꝙ si cõmittatur ptãti iudicis põt ꝟo ĩterponere. sec⁹ si cõmittatur suo offõ mero. vide ibi, & no. ꝙ offm̃ iudicis est nobile. vide. d. Car. ĩ. c. ij. de off. iu. vbi dicit ꝙ est ptãs & Bar. ĩ ꝓe. loquitur alr. c. ȷ. de of. or. vide ibi Andr. Barb.

c ¶ Itẽ q̃ro, vtrum. Dic aut loqmur in eo, qđ in solo offõ iudicis residet: & tũc põt pte nõ implorãte. Aut ĩ quo nõ residet: & tunc no. põt. d. §. hoc aũt iudiciũ. And. Barb.

d ¶ Itẽ q̃ro, vtrũ in offõ. Vide gl. no. tenẽtẽ cõtra ĩ. l. de submersis. C. de nau fra. li. xj. Andre. B.

POMATES.

e ¶ Explanauit. vide Alex. cõs. xxxv in. ȷ. & iiij. col. ĩ. iiij. vol. versi. rñdeo. vide Alexand. cõsil. alius. ĩ. fi. vbi plene

f ¶ Territorivm. Ad de. an concesso castro, sit cõcessa iurisditio. Rom. cõsil. ccccxliij. & an veniat merũ & mistũ imperiũ. vide Old. cõsi. cclij. & inquãtũ tãgit, ꝙ in pscriptione eorũ, ꝙ sunt reseruata principi, requiritur eius scientia vide Bal. cõs. lxiiij. casus talis. ȷ. lib.

a ☙POMATES. ¶ Cui iurisditio. Vide quæ per istum text. decidit Bar. in l. solent, in pe. col. in fi. ver. ex hoc. ff. de ali. & cib. leg.
b ¶ Non potest. Adde post do. Alex. & Ias. Et pro hoc facit qđ voluit Rō. cōs. cccxliiij. ꝙ si Papa cōmittat alicui, qđ cognoscat de suppssiōe tituli ꝙ delegat⁹ poterit cognoscere de oīb⁹ depēdētib⁹ ab illa suppssiōe: & qđ idē voluit cōs. cviiij. ꝙ hñs mandatū ad capiendum mutuo centum, & obligando bona constituentis: censeť etiā hr̄e mandatū ad se obligandum pro vsuris, si mos est in ciuitate: ꝙ si pecunia non soluatur in tpe, capiatur sub vsuris noīe creditoris. & inq̃tum. d. Ias. tangit, ꝙ si cā est commissa per epm de petitiōe hr̄ditatis & supueniat qō mr̄imōij, quòd de illa qō. potest cognoscere, vide Ro. cōs. ccxcviij. An autē cui cōmissum est cōseq̃ns, videať cōmissum antecedēs vide pulchrè Ro. consi. ccccxj.

¶ Et re adde inq̃tum. d. Iaso. dicit; ꝙ debitor fugitiu⁹ pōt citari rē p delegatū inferiorē, & per iudicē incōpetētem, & alleg. Pet. de Anch. cōs. cxcij. qa ēt die feriato capi pt̄. Adde, quòd idem Pe. cōs. cxxij. ī fi. tenet quod debitor fugitiuus capi possit die dominico, & duci ad iudicē cōpetentē, ꝙ sequr Ro. consi. ccxiij. vt etiam hic allegat do. Iaso.

* Pro intellectu. §. si verò etiam. in authen. de exhibē. re.

☙POMATES.
d Sed contrà. Vide Fel. in. c. ceterum in. iij. col. in fi. de rescrip. & in simili in c. licet causam, in iiij. colum. de proba.

☙POMATES.
e ¶ Tu dicas. Vt p Feli. ī. c. translato. in. iij col. de const.

citur ꝙ coheret territorio, quia terminať territorio: vt. l. fi. j. e. Sed dices tu: imo rei cohæret. Nā videmus qđ ciuitates & castra hñt iurisditionē. Respon. imo ppl's eorū & cōitates eorū vt in fine: qa sunt psonæ repñtatæ quæ hñt iurisditionē: & ipsi sunt q faciūt potestatē & similia. vnde personis inhæret iurisditio: & personarū est. & ita intelligitur qđ diciť hic. Casus est secūdū Gul. in. l. q furere. s. de statu homi.

SVMMARIVM

1 *Delegatus principis potest citare re & uerbo: & quid in delegato inferiori à principe?*
2 *Delegatus quisnam possit mittere in possessionem ex primo decreto?*
3 *Iurisditione concessa delegato, uel ordinario, quando uideantur concessa ea, quæ sunt maioris iurisditionis, quàm ea quæ concessa sunt, uel alterius speciei.*
4 *Iudex secularis, quando possit incidenter cognoscere de causa spirituali, matrimoniali, uel usuraria.*
5 *Concesso aliquo alicui, an uideantur concessa omnia, quæ ad id sequi possunt.*
Et quando aliquid prohibetur, an id quod ex eo est, uideatur esse prohibitum. nu. 6.

a CVi iurisditio. [a] Clara est & breuis hæc lex, & seipsam summat. & potest legi duobus modis secundùm glo. Primò in iudice delegato, vt cui delegať iurisditio, videantur ei delegari oīa, sine qbus iurisditio expediri non po
b test, [b] vt. s. ti. ij. l. j. in fi. Et hæc modica est coerctio de
1 qua gloss. dicit. ¶ Sed q̃ro, † an delegatus possit cita
c re verbo & re[c]. Rñdeo, pōt: qa etiam arbiter pt̄. vt. j. de arbi. l. sed si interpellať. §. j. & l. diem proferre. in princi. Sed an potest re, scilicet capiēdo psonam, gl. dicit: aut est delegat⁹ à principe: & pōt, vt ar. in auť. vt oēs obedi. iu. puin. §. qui. al's est. §. omnem. hic allegatus in glo. & C. qñ & quādo iudex. auť. semel. notať in. l. sed si is. de in ius vocādo. Si autem est delegatus alterius: tunc ante litem contestatam non potest citare re: sed posteà sic: vt in authen. de exhiben. & intro. re. §. si verò etiam. Ita dicit gloss. Hoc, quod dicit, ꝙ potest recitari post litem contestatā, reprehenditur p doctores: vt. j. statim dicam. ¶ Itē
2 quero †, vtrū delegatus possit mittere in possessionē ex primo decreto? Ex gloss. colligitur distinctio. Aut est delegatus Principis: & potest, vt. d. §. si verò. aut alteri⁹, & nō potest, cum sit misti imperij: vt j. e. l. iubere. Et sic vides. ꝙ in missione in possessionē, nō distiguiť, an sit lis cōtestata, vel nō: nā etiam post litē cōtestatā nō pōt ī possessionē mittere: sed deberet referri ad maiorē iudicem: vt. C. de iu. l. properādū. §. sin autē reus. ibi ad superiorē. & in authē. de exhibē. re. §. si verò: si nō potest facere coerctionē realē: multominus personalem. & ideo nō potest citare re ipsa, etiā lite cōtestata. Sic reprehēdiť ista gl. p Frā. Accur. hic, quod tenet Cyn. in auť. q semel. C. qñ & qñ iudex. Quod videtur verum, p text. in auť. de testi. §. si verò ignoti. vbi delegatus non po
* test testes coercere & eos torquere. Nec obstat tex. in authē. de exhibē. re. §. si verò etiam. vbi diciť, ꝙ delegatus nō potest aliquid facere: quia lis nō est cōtestata, quasi dicat: ergo lite cōtestata posset: qa nō vult hoc dicere, sed vult hoc dicere, ꝙ si lis esset cōtestata, posset deueniri ad sententiā ēt absente reo, & sic posset aliquid facere. ¶ Dices tu, hoc videť contra legem istam: qa sine hac coerctione iurisditio expediri nō pōt: qui a fortè reus nunq̃ veniret ad iudiciū. Respondeo, cui iurisditio est delegata, omnia mādari videntur, sine quib⁹ ipsa expediri non potest: dū tñ ea nō sint maioris iurisditionis, q̃ quę prīcipaliter demandantur: vt patet ex premissis. Quia mittere in possessionem re ipsa, capere, vel torquere psonā: & similia: sunt maioris iurisditionis, quàm cognitio causæ. Hoc vr̄ cōtra. l. j. in fi. & cōtra. l. fi. s. tit. ij. vbi modica coerctio videť mādata. Solu. non intelligas ibi de coerctione reali, vel personali: sed de verbali tātum, ne contradicat pdictis. ¶ Secūdo mō lego ibi hanc legē in iurisditione ordinaria: vt cui data est ordinaria iurisditio, omnia videntur mandata, sine quibus iurisditio illa non potest expediri: etiā si sint maiora. & sic coerctionē psonæ habeāt. Quod hic loquať de ordinaria, pbať: dum dicit, cui iurisditio data est. Nam dare est in alium transferre: vt. l. vbi autem. §. fi. j. de verbo. oblig. quod non fit in delegatis: vt. l. j. §. qui mandatum. s. ti. ij. Et quod videantur mandata etiam, quæ sunt maioris iurisditionis, probať. C. de rei iudi. l. quoties. & . s. de origi. iur. l. j. & in auť. de testi. §. si verò ignoti. vbi quilibet ordinari⁹, & sic defensor ciuitatis, qui nō habet merū & mistum impiū, pōt torquere testes, loquiť eñi ibi de administratore. Et administrator exponiť. i.
d defensor. vt in authē. de exhiben. re. §. si verò etiam. ¶ Sed cōtra[d] hoc opp. quòd q habet iurisditionē nō pōt mittere in possessionem ex primo decreto, in. §. iusiurandū. in fi. in corpore de defen. ciui. & l. ea, q̃. §. magistratib⁹. j. ad munici. Sol. vr̄ mandata ea, quæ sunt maioris iurisditionis, vt dixi: dum tñ sint eiusdē speciei: vt de iurisditione. secus si essent alterius speciei: vt de mero & misto imperio. Nam tunc illa non videnť mādata: vt in contrarijs. ¶ Itē op. extrà q fil. sint legi. c. lator. & extrà de ordi. cog. c. tuā. Sol. ibi sunt alterius speciei. s. iurisditionis spiritualis. vnde iudex ordinarius etiam incidenter, non potest cognoscere de re spirituali. text. est notus. C. de sac. san. eccle. l. omni. vnde ius canonicum in hoc non discordat à iure ciuili: vt vidi-
3 stis. ¶ Ex his ergo † collige distinctionem. Aut conceditur iurisditio delegata: aut ordinaria. si delegata, aut à principe: aut ab alio. si ab alio: aut quæris vtrum videantur concessa ea, sine quibus esse non potest. Aut ea, quæ maioris sunt iurisditionis: aut ea, q̃ sunt ęqualis, vel minoris. Si verò loqueris in iurisditione ordinaria, & tunc aut quęris, an videantur concessa ea, sine quibus explicari non potest, quę sunt alterius speciei. Aut ea, quæ sunt
4 eiusdem, vt ex prędictis patet. ¶ Iuxta pdicta † quęro, si iudex secularis nō potest incidenter cognoscere de re spirituali: ergo quasi de nulla rè cognoscit. si enim petis hęreditatem vel aliam rem tanq̃ patris tui, oportet te probare esse filium legitimum, quod esse non potest sine matrimonio. Matrimoniū autē est res spūalis: ergo de hoc iudex secularis non potest cognoscere. & sic nec de principali cognoscit. Solu. Dico, quòd illa qō, an fuerit matrimoniū inter patrē & matrem alicuius, est sup facto: nec est causa spiritualis: & pōt tūc iudex secularis expedire. ¶ Potest esse etiam q̃stio super iure, vt posito facto p cōstanti, est quęstio, an inter eos poterat esse matrimoniū: tūc est quæstio spūalis. & iudex secularis nō potest se intromittere, vt d. c. lator. & . d. c. tuam. Eodem modo, si dubiteť de vsurario, si est quęstio super facto, pōt iudex secularis cognoscere: quia nō est q̃stio spūalis. Sed posito facto p cōstāti, ꝙ sit cōtract⁹: sed dubitať vtrū cōtract⁹ sit vsurari⁹ vel non: tunc est q̃stio spūalis: vt in. c. j. extrà de vsur. in cle. & ita audio quod tenet do. Pau. de liaza. dixi in. l. Titia. solu. mat. ¶ Ex prædictis lec. ex glo. collige vnū generale ad aliud, q̃ ad iurisditiones: vt cū qd concediť, videnť
5 concedi oīa, q̃ ad id sequi pñt. & allegat concor. ¶ Circa hoc † dicas[e] breui-
e ter, ꝙ q̃dā sunt, q̃ sequunť ad id, quod conceditur ex significatione verbi. tūc oīa videnť cōcessa: vt. l. legatis. j. de ali. lega. l. si qd earum. §. interemptū. j. de le. iij. & . j. de pac. l. iurisgentiū. §. sed si fraudandi. Quędā sequunť ex natura rei: tunc idē: qa tunc illa videnť esse concessa: vt. l. fundi. j. de act. emp. vt si concedo fundum deducto vsufructu, videor concedere, vt fructuario capite minuto: proprietarius habeat etiā vsumfructū: vt. d. l. fundi. Quędā sunt consequentia, vel antecedētia ad rē, non ex natura rei, vel significatione vocabuli: & tūc aut cōcediť aliquid, quod momento expediť: vt cōcedere tibi vnā domū, vel fundum ad quam tu non potes ire. Et dubitať vtrū tibi sit cōcessum iter: & tūc dic, vt in. l. in vendendo. j. de cōtrahen. emp. dixi plenè in. l. j. j. de serui. le. Si verò concedať aliqd, quod habeat cām successiuā, vel tractū in tpe: vt in vsufructu, vel seruitute, & similibus, q̃ habent tractū in tpe: tūc videnť cōcedi oīa, sine quibus ad illud cōcessum veniri non pōt: vt. l. j. j. si vsufr. pe. & l. iij. §. qui habet. de serui. rusti. prędi. facit. l. ad rē
6 mobilē. & l. ad legatū. de pcu. ¶ Secundò ponit gloss. aliud † gñale, ecōuerso ad istud, qñ aliquid prohibeť: & id quod ex eo est, vr̄ esse prohibitum. Quod pōt intelligi duobus modis: vt patet ex legibus alle. hic in gloss. Primò sic, qñ aliquid prohibetur, & id quod est eius antecedēs: per quod peruenitur ad illud: vt. j. de spon. l. oratio. quod est verum, qñ directè ordinatur ad productionē illius, vt spōsalia ad matrimoniū, vt ibi. Aliâs secus si incidenter posset euenire: vt. l. non omne. j. de statu libe. Secundo modo potest intelligi, vt iacet: vt cū prohibetur aliqd: phibetur id, quod est ex eo: tanq̃ ei⁹ consequēns. quod dic. vt. C. de legi. l. nō dubium. ¶ Vltimò ista lex est multum notabilis ad arbitria, quæ habent priores & regimina ciuitatum: vt si conceditur prioribus arbitrium super aliqua guerra, vel abundātia, vel super custodia. quid possint facere ex vigore huius arbitrij. quod plenè examinaui in. l. ambitiosa. de decre. ab ordi. fa.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus, quòd non possit delegare.*
2 *Iurisditio est potestas de publico introducta.*
3 *Iurisditio dicitur à ditio & iuris.*
4 *Iurisditio continet merum & mistum imperium, coerctionem modicam, & simplicem iurisditionem.*
5 *Imperium simpliciter sumptum, est iurisditio, quæ officio iudicis nobili expeditur.*
6 *Imperium quare dicatur merum? & quid sit merum imperium.*

7 *Merum imperum, quibus iudicibus competat & quòd præsidi Romano, & aliarum ciuitatum habentium hoc ex concessione.*
8 *Sex gradus meri imperij.*
Leges condere est maximi imperij.
Animaduertere in facinorosos homines, est maioris imperij.
Mißio in carcerem facta ad pœnam, non ad custodiam, est maioris imperij.
9 *Deportare est maximi imperij.*
Causæ liberales, non sunt magni imperij, sed iurisditionis.
10 *Relegare & torquere aliquem ad pœnam est imperij parui.*
11 *Modica coertio est imperij minoris.*
12 *Mulcta leuis, est minimi imperij.*
Et quæ sunt maximi imperij, maioris, magni, & parui, delegantur causa absentiæ: minus & minimum indistinctè delegantur. nu. 13.
14 *Mistum imperium, quare sic dicatur?*
15 *Imperum mistum est iurisditio, quæ officio iudicis nobili expeditur, priuatam utilitatem respiciens.*
16 *Mistum imperium competit, quibus competit merum.*
17 *Misti imperij sex sunt gradus.*
Dare ueniam ætatis, Legitimare per rescriptum, Interponere authoritatem adoptioni, uel emancipationi, sunt misti imperij maximi.
18 *Cognoscere circa sententiam ex supplicatione est misti imperij maioris.*
19 *Misti est imperij, quòd requirit plenam causæ cognitionem: & coerctionem realem uel personalem.*
Et quod fit cum causæ cognitione, & non continet coerctionem realem, uel personalem est misti imperij & parui. nu. 20.
21 *Iudicis officio nobili quæ expediuntur, & summariam cognitionem requirunt, sunt misti imperij minoris.*
At quæ expediuntur officio iudicis nobili absq; causæ cognitione, sunt misti imperij minimi. nu. 22.
23 *Iurisditio strictè sumpta est quæ officio mercenario expeditur? priuatam utilitatem rispiciens.*
24 *Iurisditionis gradus sunt sex.*
Causæ liberales, & status sunt maximæ iurisditionis, & non delegantur.
25 *Iurisditionis maioris est, quando uigore sententiæ latæ super aliqua actione potest uenire ad cruciationem corporis: & non delegatur.*
26 *Iurisditionis magnæ dicitur causa quæ ascendit summam trecentorum aureorum: & delegatur propter absentiã, & porpetr multas occupationes.*


c ¶Ad hr̃dẽ. Adde inq̃tũ do. Iaſ. trãſit cũ opi. ꝙ ſtãte ſtatuto: qđ ꝓ debitore poſſit capi hr̃s, qđ cõtrariũ tenet Ro. cõſ.cxx. vbi cõſuluit ſup ſtatuto Florẽtino dictãte, qđ ꝓcu. exigẽs & ei⁹ hr̃s poſſit carcerari ꝓ pecunijs exactis. ꝙ hr̃s mĩor annis.xxv. nõ poterit carcerari vigore ſtatuti qđ eſſet ſuperfluum; ſi de iure cõi hęres poſſet capi.

POMATES.

d ¶Vltimò ſcias. Vide Rapha. cu. cõſi.xxxij. al's.xij. & Cep. cõſil.xxv.

e ¶Aufugerat. Adde poſt.d. Alex.& Iaſ. quid ſi aliquis promiſit reum præſentare certa die, & iudex iterum eum faciat carcerari; tradi & aufugiat. An fideiuſſor erit liberatus vel quid ſi iterum banniatur à iudice. Io.an. in addi. ad Spec. in ti. de accuſa. in.iiij. parte.§. ſequitur. ver. quęritur.

f ¶Qui pro rei qualitate. Adde ſimile quod hr̃. in.c. legebatur. de maiori.& obe. vbi ſit iniuria compellere quem ad faciendũ inſtrumentum obl'onis, coram quo non tenetur: & vide Lu. ro. cui incũbat on⁹ probandi egeſtatẽ vide omnino. Andre. Barb.

POMATES.

g ¶Onus probãdi Vide Ro. ſingul cxlj. incipit. vnus vult. fideiu.

fideiuſſorem idoneum eſt iniuria:& ſic rectores te-
nẽt iniuriarum.qui in carceribus tenent volentẽ ca
3 uere idoneè.¶†Opp.ad primum de.l.ciues.C. de
ap.Sol.ibi de manifeſto,hic de notorio. ¶Eſt autẽ
4 differentia†quia notorium eſt id,quod oĩbus notũ
eſt.Manifeſtum eſt illud,quod eſt notum multis,
non omnibus.Ita dicit Specu.in ti.de noto.cri.§.iã
de notorio.&.§.j. Iac.but.dicebat, quaſi idem. Da-
a bat tamẽ talem doctrinam,ꝙ ea quæ ſunt[a] facti trãſ
euntis,raro tranſeunt in notorium,vt vox præco-
nis,quæ paucis innoteſcit,ſed ea,quæ ſunt facti ma
nentis,poſſunt tranſire in notorium:vt puta edictũ
propoſitũ in albo:vt probatur in autẽ.qui ſemel.C.
quõ & qñ iud.& ibi vide,que dixi,tñ ſi cõtingeret,
quòd illud,qđ eſt facti tranſeuntis, eſſet notũ oĩ-
bus:diceretur notorium:vt euenit de more multo-
rum,quę vr̃ per maiorem partem hoĩm ciuitatis,
de hoc per glo.extrà de coha.cle.& mulie.c.veſtra.
¶Ad ſecundùm op.& modò ſumus in glo.ij.& vr̃
quòd quilibet præſumatur idoneus,vt.j.de leg.ij.l.
cum quidam,la.ij. Sol.gl.trib⁹ modis. Primò ꝙ hic,
quando erat aliqua præſumptio contra fideiuſſo-
rem.Sola em̃ negatio partis,non ſufficit,vt in con-
trario.Vel dic q̃tũ ad hoc,vt detur actio iniuriarũ
contrà aduerſarium,ibi,quo ad alia. Tertia ſolu.&
5 iſta eſt vera:& ponitur in fi.glo.quilibet†præſumitẽ
idoneus,quo ad alia,nõ quo ad facultates:vt hic.te-
6 ne menti.¶Quæro ergo,cui incumbat onus pro-
bandi,vel ei,qui dicit,ꝙ ſit diues:vel ei,qui dicit eũ
eſſe pauperum?glo.not.loquitur hic:ſi diuitię ſunt
cauſa intentionis alicui⁹:ille debet ſe ꝓbare diuitẽ,
Si paupertas eſſet cauſa intentionis alicuius:ille de
b bet probare ſe pauperem[b].Vide gloſſ.& ſigna.Alia
glo.quæ eſt.j.de proba.l.ij.videtẽ ſimpliciter dicere,
ꝙ ille q negat aliquẽ idoneũ,debet probare:ſed iſta
dicit verum.illa intelligitẽ ſecũdũ determinationem
7 hui⁹.¶†Sed quæro,qualr̃ ꝓbabitur paupertas, cũ
ſit merè negatiua:& quia nõ eſt aliud dicere,niſi nõ
habere?alibi dicitẽ,ꝙ ſufficit ꝓbari per famã:vt no.
in.l.vbi.C.de iur.dot.Alibi dicitẽ,ꝙ debet ꝓbari ve-
rè:vt.C.vnde vir & vxor,autẽ.præterea.in gloſſ.&
quod no.inſti.de excu.tut.§.item propter pauper-
tatem.&.j.de excu.tu.l.paupertas.& ibi per Iac.de
Are.Modum autem probãdi poteſt ſumere ex eo,
quod no.in.l.cum de indebito.j.de probat.dixi ple-
nè.in.l.ſi conſtante.j.ſol.mat.

POMATES.

a ¶Ea quę ſunt. Vide Car. conſil.lvj. in.ij.co.ij.dubio.

b ¶Pauperem.adde qđ pulchrè voluit Ro. conſi.clxiij.& ibi quando dicatur notorium quẽ non eſſe ſoluendo.

POMATES.

c ¶Quæro. Vide Imo.conſil.xcvij. in.j.dubio.

QVoties. ¶Non refert,non fiat,
vel malè fiat.h.d. Ex-
empla dic,vt in gl.Quero,an debeat di-
ſtingui,vtrũ iſtã vitioſam ſatiſdationẽ qs
recepit ſcienter,vel ignoranter?dic vt in.l.j.ſ.ſi quis
in ius voc.non ier.dixi in.l.iij.de fideiuſſoribus.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſor de iudicio ſiſti,habens priuilegium fori,ſi conue niatur,& taceat ſibi præiudicat.*
2 *Fideiuſſores qui tenetur præſtare,tenetur illos perſonaliter exhibere:*
3 *Fideiuſſor habens priuilegium fori,debet illi renunciare,alids non admittitur,niſi in ſubſidium.*

SI fideiuſſor. ¶Qui habet p̃-
ſcriptionẽ fori,
nõ eſt idoneus fideiuſſor de iudicio ſiſti,
niſi in ſubſidiũ.h.d.¶Opp.ex eo,quòd
cõtrahit ibi,poterit ibi cõueniri: vt.l.omnẽ.j. de iu-
di.Solut.potert ibi,hoc eſt in illà ciuitate cõueniri.
tñ habet priuilegiũ fori:vt ſcholaris & clericus. Ita
1 dicit gl.& vidiſtis ĩ.l.j.ſi qs ĩ ius voc.nõ ier.¶†Quæ
ro,vtrũ iſta preſcriptio p̃iudicet fideiuſſori in priui
legio fori.gl.dicit,ꝙ ſic ſi taceat:ſecus ſi reclamaret.
Quod no.ad multa.ad quod facit.j.de libe.agno.l.j.
2 §.j.&.ij.ſeu.§.denũciare.¶†Vltimo ex hac lege ha
bes practicã,qñ exhibentẽ fideiuſſores.Nã ille,q de
bet fideiubere,tenetẽ eũ perſonaliter exhibere:vt.l.
ſeruus ſi heredi.in fi.j.de ſta.lib.Nec habet vltra ex
primere ſi aduerſarius nõ vult eũ recipere:tunc de-
bet dicere eum non eſſe idoneum in facultatibus:
vel propter priuilegiũ fori.eſt caſus hic.Et quo ad
facultatem: cui incumbat probatio, vidiſtis.ſ.eod.

d ¶Sequeſtrum.Ad de poſt dñm Alex. & Iaſ. Pe.de Anc. conſi.ccxlix.& ibi vide, an per ſeque ſtrum dñs rei ſe-queſtratæ deſinat poſſdere,& multa in materia dixit Rom. conſil.cccclxxxiij.qđ pretiũ domus venditæ de debet ſequeſtrari penes emptorem per creditorem vẽditoris,& inq̃tum do.Iac.tãgit qualiter ſuſpicio fugæ ꝓbetur,Vide Ro. cõſi.ccxlv.&.cccxx.& ibi qd ſi hinc inde teſtes ſunt pares: quia aliqui dicunt, quòd eſt bõæ opi.apud populũ aliq,qđ non.

3 l.ſi verò.§.j.¶Circà priuilegiũ:†fori.debet fideiuſſor,qui producitẽ,dice-
re:ego renuncio.& admittitur,vt.l.j.ſ.ſi quis in ius voc.non ier.Si verò de re
nunciatione aliquid non dicit,repellitur:niſi ex neceſſitate:vt hic.

SVMMARIVM.

1 *Promittens ſatiſdare,intelligitur in eadem ciuitate,& de hominibus eiuſdem ciuitatis*
2 *Bannitus,ſeruus,& excõicatus admittuntur ad deciſionem neceſſariam:ſecus ad uoluntariam.*

Si neceſſaria. Fauetur ei,qui eſt ĩ neceſſitate,ſi ipſe ſe ĩ eam
non poſuit.h.d. ¶Exempla de voluntaria &
neceſſaria ſatiſdatione:pone vt in gl.videbitis.j.l.ꝓxim.§.tutor.¶†Not.
1 ꝙ q ꝓmittit ſatiſdare,intelligitur in eadẽ ciuitate , in qua promittit & de
hominibus eiuſdẽ ciuitatis,ſeu qui ibi ſunt idonei.Quod apparet: qa alibi
non admittitur.Quòd tene menti. Et diſtinctio huius.§. eſt vtilis ad mul-
ta.¶Lex†dicit.ꝙ ſeruus admittitur ad ſuã defenſionem ; vt.l.ſeruos.j.de
2 accu.& etiã excõicatus de iure canonico.Quod ĩtellige,qñ defenſio eſt ne
ceſſaria:ſecus ſi eſt voluntaria.& ſi veniret ad aliquẽ actũ defendẽdũ ſpõ-
te,vt extrà de excep.c.cũ venerabilis.& ibi per Inn.& no.ĩ.c.cum inter.e.
ti.dixi in.l.cum mulier.j.ſolu.ma.& eodem modo facit ad alia multa.

SVMMARIVM.

1 *Suſpectum quatuor quem reddunt,non tamen requiruntur copulatiuè.*
2 *Satiſdatio pro ſequeſtro,continet duo,ſcilicet de iudicio ſiſti,& de re non baratanda.*
3 *Sequeſtrum,quibus caſibus permittitur?remiſſiuè.*

Si ſatiſdatum. ¶Si perſona eſt ſuſpecta,põt res,de qua liti-
gatẽ,ſequeſtrari.Itẽ ſequeſtrum tollitur dato
fideiuſſore,vel lite finita.h.d. ¶†Quero dicitur hic,ſi perſona eſt ſuſpe-
cta,quę faciunt aliquẽ ſuſpectum.Glo.dicit quatuor,quam no.Non intel-
ligas,ꝙ ſemper illa quatuor debeãt interuenire capulatiuè : ſed qñq; ſuf-
ficit vnũ;qñq; aliud ſecundùm diuerſitatẽ cauſarum,in quib⁹ de ſuſpitiõe
tractatur vt patet in leg.hic alleg.in gl.¶Quæro dicitur hic:ſi hoc iudici
ſederit.dicit gl.ſ.in animo.Sed nonne eo ipſo,quod dicitẽ pſona ſuſpecta,
debet ſibi ſedere in animo?Rñdeo non,ſi fortè actor perſonam rei aliquo
modo approbauerit:vt.l.ſi creditores.j.de priui.credi.& ar.l.ſi is à quo.§.
c fi.vt in poſſ lega.¶Quæro[c] dicitur hic,ꝙ oblata ſatiſdatione,dicitur fini
2 tum ſequeſtrum.Quæro†de qua ſatiſdatione loquatur?dicit, duo debet
promittere,quæ veniunt in ſatiſdatione:ſcilicet de iudicio.ſiſti.& de re nõ
3 baratanda:vt.l.ſenatus.ſ.de offi.præſi.¶†Quæro,in quibus caſibus põt
d fieri ſequeſtrũ?[d] dicit glo.regulariter eſt prohibita ſequeſtratio:in caſib⁹
eſt permiſſa.vide glo.hic,& Cy.ĩ.l.j.C.de.prohib.ſequeſtr.Et circa hoc fa
cio multas queſtiones in.l.intereſſe puto.j.de acqui.poſ.Quæro:hic dicitẽ
lite finita,finitur ſequeſtrum quod intellige:vt detur res ei,qui vicerit.Sed
quid ſi per eum ſtat,quominus litigetur:ſed actor non comparet?dic vt in
l.ſi oleum.in prin.j.de dolo.vbi eſt caſus.Barto.

SVMMARIVM.

1 *Stipulatio ualet,licet dies omittatur.& intelligitur de die,qua iudex moderabitur fauendo actori.*
Actori in iudicijs in his quæ litis ordinationem reſpiciunt faueri.
3 *Stipulatio neceſſaria interpoſita,an ualeat propter omiſsionem diei?.*
4 *Partes ubi cogũtur ex forma ſtatuti facere pacem:qualiter fiat contractus pacis?*
5 *Contentio cum inter quoſdam eſt qualiter debeat fieri inſtrumentum ſuper aliquo contractu conuentionali:tunc fit ſecundùm conſuetudinem,& omnia conſueta ſunt apponenda.*

REdie, ¶Iſta eſt nota.lex & fortis & habet principiũ mul
tũ difficile.& breuiter.h.d.In his,quę ptinẽt ad litis
ordinationẽ,fauemus actori,potius q̃ reo.h.d.¶Iſta loquitur
duobus modis ſecũdũ glo.Primò de ſtipulatione interpoſita,
in qua omiſſa eſt dies.Secundò in ſtipulatione interponenda,in qua par-
tes diſcordant,vt in appoſitione diei.& gloſſ.proſequitur vtranq; ſimul.
ſecundũ ſecundam lect.nullum contrarium obſtat: ſecũdũ primam ſunt
1 cõtraria difficilia,prout loquitur in ſtipulatione interpoſita.¶†No.ꝙ li
cet dies omittatur,valet ſtipulatio.¶Secundò not.ꝙ intelligitẽ de die.qua
iudex moderabitur fauendo actori.¶Sed ad iſtud oppo.ꝙ imo ſit facien
da interpretatio pro reo,vt.j.de verbo.obliga.l.quicquid adſtringendæ.
Sol.glo.tribus modis.Sol.prima & tertia reſpiciunt primam lect.Secũda
reſpicit ſecundam.dico ergo ꝙ ſpeciale eſt in iudicijs,vt verba interpretẽ-
2 tur pro actore,vt hic,ibi in cõtractibus.Iſta eſt vera;qa†loquitẽ de his quę
reſpiciunt litis ordinationem,in his quę reſpiciunt deciſionem,fauetur
reo:vt.j.de reg.iur.l.fauorabiliores.&.j.de actio.& obliga.l.Arrianus.&
per Dyn.in.c.cum ſint partium.de reg.iur.lib.vj.& iſtud quod fauetur
actori,intellige ſi proſequatur & inſtet;aliâs ſtatueretur tẽpus arbitrio iu
di.vt.l.properandum.§.& ſi qdẽ.C.de iud.de inge.& ma.l.diffamari.C.qui
accuſare nõ poſ.l.ea.j.de accuſatio.l.Titia.& qđ ibi dixi.Et de hoc,ꝓ quo
ſit interpretatio facienda in iudicijs,dixi plenè in.l.inter ſtipulantem.§.ſi
Stichum.j.de verborum obligationi.¶Secundò ſoluit gl.quòd in cõtra-
rio loquitur in ſtipulatione iam interpoſita,hic in interponenda.& hæc
eſt alia lectura à præcedenti:vt videtis. ¶Tertiò ſoluit redeundo ad
primam lecturam & diſtinguit tres caſus.quæ diſtinctio non placet.Di-
cit enim aut quilibet agebat de certa die:& habetur pro expreſſa,vt.l.
cum quid.infrà ſi certum petatur.¶Iſtud membrum non facit ad pro-
poſitum.Præterea lex cum quid.loquitur in obligationibus, que re.
non verbis

non verbis,cõtrahunt,vt ibi dixi. Aut per nullũ agebať de die ponenda:& tũc habet locũ,quod dicit hic. Istud est verũ:sed p hoc nõ remanet solutũ cõtrariũ. Aut alter tm̃ hoc agebat:& tunc loqť lex.qcqd. Hoc nõ est verũ; qa si alter tm̃ aliqd agit,hoc nõ inspicit,qa pinde est ac si nihil ageret;vt.l. si repetendi.C.de cõdi.ob cau.& ideo tene primã sol.vide istã gl. ¶ Secũdò opp.de.l.ita stipulatus.j.de verb.ob.l.illa lex obstat in duobus. Primò, quia ibi dicit stipulationem vitiari ,ppter omissionẽ diei:hic secus. Secũdò quia dicit,ꝙ si dies omittit,non est in ptãte actoris,vel iudicis:sed tunc cõmittit stipulatio,cum certum erit sisti nõ posse.gl.ponit duas sol. Vna respicit cõtrariũ:prout obstat primo mõ:alia prout obstat secundo modo:& sic quelibet est vera. ¶ Dic ergo,ꝙ si dies omittitur per errorẽ:qa agebať inter partes de die interponenda, sed per errorem fuit omissa: cum venerunt ad actum stipulatiõis,& vitiatur stipulatio:vt.l.cõtraria.hic fuit omissa dies non p errorem:imo, qa de hoc nullo mõ cogitauerunt. Ista est vera ,put cõtrariũ ob. ¶ Secũdo mõ dic,ꝙ hic fuit ,pmissum de iudicio sisti ĩ iudicio:ideo iudicis est interptatio:vt.l.j.in.fi.j.de pręt.stipu.ibi fuit promissum extrà iudicium:& sic fuit stipulatio cõuentionalis:ergo non est interpretatio iudicis;vt.l.conuentionalibus.j.de ver.ob.& ad hoc tendit secunda sol.ibi. Alij dicunt stipulationem fuisse factã coram iudice. Et prędicta secundum primam lect.prout hic loquitur in stipulatione interposita,si intelligas in stipulatione interponẽda:tũc illa lex ĩ nihilũ obstaret: & hoc sequit in glo.ibi,tu dic &c. ¶ Tertiò op.de.l.si finita.j.de dã.infe. Sosi intelligas secundo mõ in stiplõne interponẽda:nõ ob.& ita dicit glo.si in stipulatione iam interposita.glo.nõ so. Vñ aduerte:qa illa lex obstat in duobus his,quę dicta sunt. Primò,qa ibi dicit,ꝙ valet stipulatio:licet dies omittatur per errorem. Secundo posito,ꝙ valeat:nõ recurritur ad iudicẽ,vt taxet diẽ,sed ad consuetudinem. Sed rñ.,put primo mõ obstat: ibi fuit error in cã omissionis,non in ipsa omissiõe.verbi grã. Ideo nõ fuit apposita dies: quia credebãt partes,ꝙ nõ deberet apponi. In his verò,q̃.s̃.dixi,fuit error in ipsa omissione,qa cũ vellent apponere,omiserunt per errorẽ,sicut à simili,error causę non vitiat translationem dñij? vt in toto tit.de condi.inde.secus si errať in ipsa traditionis substantia;vt.l.cum in corp⁹.j.de acquir.re.do.prout secundo mõ,obstat.dic ꝙ ibi loquitur de die finiendę obligationis & terminãdę.quo casu recurritur ad cõsuetudinem:hic de die satisdationis,quo casu recurritur ad iudicẽ in istis stipulationibus ptorijs & iudicialib⁹. ¶ Quartò oppo.ꝙ tps limitetur à lege.s.vna die pro singulis viginti miliaribus;vt.j.si quis cau.l.j.&.j.de verb. signi.l.iij.gloss.vr̃ dicere,fateor,ꝙ iudex debebit hoc limitare secũdũ illã leg. Certè dicũt doc.secũdũ hoc moderareť lex,nõ iudex. Dic ergo ꝙ ibi loqť in dilatiõe,q̃ dať absenti ad veniendũ:hic ĩ ea,q̃ dať pñti ad sistendũ & pñtãdum absentẽ,cũ quo debet benignius agi:vt.l.sancimus.C.de fideius.&no.in.l.& si post tres.si qs cau. ¶ Quintò op.C.de li.cõte.auť.offeratur.glo.dicit eodẽ mõ:qa etiã hoc poterit limitari secũdũ formã illi⁹ auť.s. dando.xx.dies. Tu dic,ꝙ ibi de dilatione,q̃ dať ad deliberandum:hic de ea q̃ dať ad pñtandum absentem. ¶ Vltimò gl.p modũ qõnis intrat in secũdam lec,de qua.s̃.pluries feci mẽtionẽ,vt hic loquať de stipulatione interponẽda,in qua si est cõtentio,de die recurrať ad iudicẽ qui potius fauet actori.& ad istã nihil obstat. Vide tñ an gl.ista hic poti⁹ videať dicere contrariũ. ¶ Sed op.j.de ver.ob.l.j.§.si qs simplr̃. Solu.ibi loquit in stipulatione voluntaria,q̃ vitiatur ,ppter dissensum:hic in stipulatione necessaria, in qua si est dissensus,recurrit ad iudicẽ:vt hic. Et ideo in stipulatione in-

3 terponẽda dic,vt modo dixi. In stipulatiõe verò† interposita,primò si dubitetur,an stipulatio valeat,ppter omissionem diei.distingue:aut omittitur dies ex certa scientia:aut per errorẽ:aut nec per errorem,nec ex certa scientia:sed qa de hoc nõ erat cogitatũ.& sic p errorẽ. Aut fuit error in cã, aut in ipsa omissione:vt ex predictis.in.iij.op.patet. Si verò dubitať,eo casu,quo stiplõ valet,q dies subintelligit:tunc si qdẽ stipulatio est conuentionalis,intelligit pura:vt.l.eũ q calẽdis.§.quoties.j.de verb.obli.nisi haberet cõditionẽ,vel diẽ tacitã,vt.l.interdum.in prin.j.de ver.ob.&.l.j.j.de condi.& demon. Si est stipulatio iudicialis & ptoria:aut loquit de die solutionis,seu satisfactionis. Ita loquitur illa lex. Aut de die finiendę obligationis:& statur cõsuetudini:vt.l.si finita.in princ.j.de dã.infe. Prædicta vera, nisi lex limitauerit diem,vt.l.quo enim.§.j.j.rem ra.ha.&.j.si quis cau.l.j. &.C.de lit.contest.auť.offerať.predicta dixi plenè in.d.l.ita stipulatus.j. de ver.ob. ¶ Circa,primã partẽ. Ista lex secũdũ istã lec.,put loquit in sti-

4 pulatione interponenda,est vtilis ad multa.† Pone:cogunt partes ad inuicẽ facere pacẽ ex forma statuti:qualr̃ debeat fieri cõtract⁹ pacis. Certè primò debet videri,si partes cõcordãt:sinañt recurrit ad iudicẽ. Casus est hic. Qualiter aũt iudex debeat moderare,istud pro nunc relinquo. Sed si esset

5 † cõtẽtio qualiter debeat fieri instrm̃ super aliquo cõtractu cõuentionali, dicendum est ꝙ tũc debẽt poni oĩa q̃ sunt naturalia & substãtialia,cõtractus,& quę de consuetudine apponi cõsueuerũt.vt.l.pacta.j.de cõtrahen. emp.&.l.qđ si nolit.§.qui assidua.j.de edi.edic.&.j.de aqua plu.ar.l.si tertius.§.j. Facit quod no.j.man.l.si mandato Titij.circa fi.&.j.de verb.ob.l. ex ea parte.in prin. ¶ Vltimò scias,ꝙ Nic.de ma.legit istam legẽ tertio modo,& dicit ꝙ de die debet prius cõueniri inter partes,& si nõ cõueniũt tũc debet iudex moderare tempus. Poterit tñ actor,si velit tps à iudice moderatum prorogare. Ita loquitur hic dum dicit in potestae stipulatoris. quod intellige si reo placuerit.aliàs totũ hoc causę cognitionem requirit: vt.l.iiij.in princi.j.de dam.infec.&.l.j.in fi.de preto.stipu.

Qui mulierem.

Mulier & miles nõ sunt idonei fideiussores,nisi in rem suam.h.d. Intelligit glo.in clerico& minore:vt.s̃.eo.l.quoties.& quod ibi dixi.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata cõtra maritum,nõ præiudicat uxori ignorãti.*

2 *Maritus pro tempore,quo fundus dotalis est apud eum, est plusq̃ procurator,non pro ulteriori.*

Fructuarius & emphyteota non præiudicant litigando,domino ignoranti.

Quidam.

¶ Continetur sub pręcedenti summario ¶ Contrà: vxor in rem mariti fideiubet: quia fundus dotalis est mariti:vt.l.doce ancillam.C.de rei vendi.& quod nota.in l.in rebus.C.de iure do. Dicit gl.intellige in rem suã quo ad vtilitatem;nõ quo ad dominium. Innuit ista

1 glo.† ꝙ sententia lata contrà maritum, non præiudicat mulieri. Simile in.l.si pro re.§.j.j.de euict.facit l. Meuia.§. fundus.j.solut.matri. et hoc tenet Gul. Si eñ sñia lata contrà procuratorem nocet dño:multo magis sñia lata contrà maritũ,pręiudicat mulieri,quę pl⁹ est q̃ procurator. ¶ Breuiter istud intellige verũ,si mulier scit:sec⁹ si ignorat. Sicut dicim⁹ in creditore,q scit debitorẽ litigare de iure pignoris. & in prono,q scit libertũ suum litigare de statu suo:& in filiibus:vt.l.sepe.j.de re iud.versi.sed scientibus.& ibi dixi & per Inno.de re iu.c.cum sup cõtrouersia.

2 ¶ Nõ obstat,quod dicit,ꝙ† maritus est plusq̃ procurator:quia verũ est pro eo tpe, quo fundus debet esse apud eũ:nõ pro vlteriori tẽpore. Simile dicimus in fructuario & emphyteota,qui videntur procuratores constituti à domino super re; vt.j.vsufr. quemadmo.ca.l.j.in fi.&.j.de no.oper.nũ.l.j.in fi.&.l.seq. & tñ nõ possunt pręiudicare domino ignoranti litigando;vt.j.de dam.infe.l.hoc amplius.in fine. cum l. sequen. iuncta.glosſ.j.& de noxa.l.si noxale.§.j. ¶ Item oppo.glosſ.quòd hic non debeat satisdari: quia possidet immobilia.s.fundum. Glosſ.soluit tribus modis:& tene secundam. Tu potes tenere primam,ꝙ hic maritus desierat possidere:qa fortè vẽdiderat,& pretium in dotẽ conuerterat:vnde intere-

a rat mulieris:ne vir cõdemnaretur,vel dic,ꝙ hic loqtur secũdũ alios de cautione iudicatũ solui,quã olim prestabat cõuentus actione reali:vt institu.desatisda.in princ. Vel dic,ꝙ hic maritus agebat:tamẽ debebat prestare cautionẽ de qua loquit authẽ. generaliter.C.de epis.& cle.& quelibet potest esse bona.

a ¶ Alibi Adde vt latè per Alex. cõs. lvij.iiij.lib.

a No. tñ ꝙ non pt dare fideiussor in loco subiecto alteri domino. secũdũ Iasi.§. necessaria. Ant. Alexan.

Si seruus.

¶ Seruus non est idoneus fideiussor:& ideo debet de nouo caueri. Idem in minore & muliere.h.d.§.iste legitur in gl.duobus modis:dic vt in ea. Pone ꝙ isti recipiunt fideiussorem non idoneum scienter:quid iuris?gl.nõ sol.dic,ꝙ minor restituitur. Mulieri verò pręiudicat cum distinctione tamen,quam habuistis in.l.j.s̃.si qs in ius voc.non ie.

Si fideiussor.

¶ Si fideiussoris datio euanescit,de nouo est cauendum.h.d.

Tutor.

¶ Necessaria satisdatio est,ad quã quis à lege adstringitur:licet cã fuerit voluntaria.h.d. ¶ No.bene qđ dixi in summario & aduerte:quia in primo exemplo loquit,quãdo in cã prima satisdatio est necessaria:in alijs,quando cã prima fuit voluntaria satisdatio necessaria. ¶ Opp. de.l.si pecunię.vt in posſ.leg.sol.vt in glo.

Plane.

¶ Contumacia facit perdere beneficium,quod habebat in satisdatiõe necessaria.h.d.

SVMMARIVM.

1 *Satisdare qui nequit in loco,ubi litigatur,de quo statur eius iuramento,debet satisdare alibi in loco,in quo ipse elegerit: dum tamen sit etiam conueniens actori.*

Iubetur.

¶ Qui petit remissionẽ in municipium,debet iurare de calumnia, ea forma,q̃ hic ponit:ꝙ iuramẽtũ parẽtib⁹ & patronis remittit.h.d.notabiliter. ¶ No.diligenter quòd

1 †primo debet qs satisdare si põt,in loco vbi litigať, si ibi põt:de quo statur iuramento suo,vt hic patet:

a aliàs debet satisdari alibi [a] in loca, in quo ipse ele-

gerit,vt dicit tex.in quo postulauerit remitti. Hoc
aũt intelligo:dũ tñ nõ petat in loco multum distãti:
vt.s.l.ꝓx.§.si necessaria.ibi,si in alia eiusdẽ ꝓuincię
ciuitate &c. Per quod dico,ꝙ si peteret se remitti ad
locum,vbi posito,ꝙ daret fideiussorem,actor tamẽ
non esset consultũ ꝓpter cõueniẽdi difficultatem,
non audietur;vt.l.ij.in prin.& quod ibi no.s.eo. &
ideo deberet eligi locus actori conueniens.

Hoc autem. ¶Culpa facit quẽ ꝑdere beneficium prędictũ reuocandi in municipium.h.d.

SVMMARIVM.

1 *Officium iudicis imploratur,ut corrigatur, quod per eum, cui unus articulus causæ est commissus.factum est.*
2 *Interlocutoria nunq̃ transit in rem iudicatam quo ad iudicem, quin possit eam reuocare.*
3 *Factũ ab arbitro assumpto super uno articulo, poterit reuocari officio iudicis,ex ui appellationis.*
4 *Superior potest adiri,ut corrigat improbè factum à notario circa comparationem literarum à peritis obstetricibus,uel mensoribus.*
5 *Appellatur ab interlocutoria,contra quam non potest esse consultum per appellationem à diffinitiua.*
6 *A sententia arbitri potest appellari,& ex ea oritur actio.*

a Arbitro. [a]Notabilis lex est, & le-
gitur tribus modis& se-
cundũ primã lect.h.d.Si eligunt arbitri
super incidẽti,vel emergẽti:ab eorũ sñia
põt appellari.h.d.¶No.& nescio alibi eam.¶Op-
po.C.de arbi.l.j.So.dicit glos.hoc est spãle.& hęc est
b vna lec.Rõ spãlitatis est,[b]qa compromittit de quo-
dam articulo causę sup quodam incidenti,vel emer-
gẽtis nõ de eo,quòd est decisiuũ totius.vñ sicut iudex
illud quod esset determinatũ per eum interloquuto-
rie,posset corrigere: ita potest per appellationem
ad eũ recurri:qñ per arbitrum est decisum. Tene er-
go menti istũ casum & no.bñ.Secundũ secundã lec.
1 h.d.põt†officiũ[c] iudicis implorari:vt corrigat qđ p
c eos,quibus vnus articulus causæ est cõmissus,impro
bè factum est.h.d.¶Oppo.C.de arbi.l.j. Sol.gloss.
non põt appellari,vt ibi,sed potest iudicis officium
implorari,p modũ cuiusdã supplicatiõis:vt reuidea
tur qđ improbè factũ sit:ita loquit hic.vñ appella-
re nõ ponit ꝓpriè.Ista est secũda lec.quę vr proba
ri in.l.fi.j.qs & à quo appel.Vide istã gl.& illa etiã
satis mihi placet.& est magis notabilis:q̃ prima p
2 d.l.fi.j.qs & à quo app.& per rõnem.Sicut enim †in-
terlocutoria nunq̃ trãsit in rẽ iudicatã,quo ad iudi
cem,quin eã possit reuocare,vt.j.de re iud.l.quod
3 iussit.& ibi per Dy.Ita illud †quòd factũ est ab ar-
bitro assumpto sup vno articulo,poterit reuocari
ex offõ iudicis,ex vi appellationis.q.d.non limita-
tur tps,sicut ius appellãdi:sed semper iudex ex of-
cio suo hoc facere poterit,quod tene menti ad mul
4 ta.¶Cõmittit †enim nonnunq̃ notarijs,vt faciãt cõ-
paratione literarum,vt.l.cõparationes.C.de fide
instru.vel medico,vt inspiciat qualitatem vulnerũ:
vel obstetricibus:vt inspiciant ventrem:vt.l.j.ff.de
ven.inspic.vel mensoribus,vt metiant:vel aliqui-
bus:vt æstimẽt res.l.hac edictali.§.illud.C.de secũ.
nup.In omnibus istis casibus poterit superior adiri
d vt corrigat,[d]qđ per eos factum est improbè:vt hic
quòd tene menti.¶Tertio modo legitur:vt loquat
in iudice delegato:& secũdũ hanc lect.breuiter hoc
dicit.A sentẽtia delegati approbãtis,vel reprobãti
fideiussorem potest appellari.h.d.¶Op.C.de ar-
bi.l.j.sol.ibi loquit in arbitro: hic in iudice delegato
ita dicit glo.Vnde videtis ꝙ timore illius contrarij.
l.j.sunt factæ omnes istæ lectu.¶Ad istam oppo.
ista expediuntur causa cognita:ergo non possunt
delegari:vt.l.nec quicq̃.§.vbi decretum.s.de offic.
procon.& lega. Huius timore gloss.se multum in-
uoluit:veritas est:ꝙ licet illud causæ cognitionem
requirat:tñ expeditur officio iudicis mercenario.
Non enim super hoc iudex principaliter aditur:er
go potest delegari,vt nota.in.d.l.nec quicq̃.§.vbi
decretum. Est enim iurisditionis,vt dixi in.l.impe-
rium.s.de iur.omnium.iudi.¶Opp.ab interloqu-
toria non appellatur:vt.l.ij.j.de app.reci.&.C.quo
rum appel.non re.l.pe.Solu.hæc est talis interlo-
5 quutoria,†contrà cuius grauamen,nõ põt esse con-
sultum per appellationem à diffinitiua,vt hic sentit
glo.ergo potest appellari;vt.d.l.ij.j.de appel.re.&
ibi de hoc dixi.In contrarijs secus.de hoc etiã vide-
6 bitis in.l.intra vtile.j.de mino.¶†Quero, vtrũ ho-
die à sententia arbitri possit appellari;videtur ꝙ sic:
quia oritur actio:vt.l.cũ anteà.C.de arb.Glo. deter-
minat contrarium:ꝙ non oritur actio ante decem
dies:& post decẽ dies sero prouocat. Vide istã glos.
Doc.sic cõiter pertranseunt.sed cõtrarium vr mihi:
nã ãte decẽ dies oritur actio si homologet;sed appel
lando videor approbare:ergo ante decem dies pos-
sum appellare:vt.l.iij.§.falsus.j.rem ra.hab.Et si in-
statur,si approbat:ergo nõ appellat:vt.C.de re iu-
di.l.ad solutionem.Rñ.approbat tanq̃ sententiam
latam,non tanq̃ bene latã,vt.d.§.falsus.& quod no.
in.l.Pomponius scribit.j.de neg.ges.& vide quod no.
Ioan.an.extrà de offi.& potest.iu.deleg.c.ab arbi-
tris.lib.vj.Bar.

SVMMARIVM.

1 *Emergentia de nouo,nouo indigent auxilio.*

Si ab arbitro. ¶Fideiussor videtur idoneus,si
ab arbitro est approbatus neq̃ est recla-
matum.Idem si sponte à parte fuerit ac-
ceptatus,nisi inopia superuenerit.h.d.¶No.tu iu-
1 uenis ex isto fine,†ꝙ q̃ de nouo emergunt,nouo in-
digent auxilio,concor sunt in gl.¶Quero,hic dici-
tur,cũ querela potuerit ꝓponi.q̃ est ista q̃rela;dicit
glo.appellatio;vt.s.l.prox.vel dic.q̃dam supplica-
tio secundũ secũdã lec.positã.s.l.ꝓxi.qđ satis ĩnuit
iste tex.vt.s.dixi.cũ dicit q̃rela.¶Quero, quis sit iu
dex cõpetẽs.Rñ.iudex causę principalis;vt.s.l.ꝓx.

Iulianus. ¶Ista solet reputari lex fortis, sed non est
& breuiter hoc intendit. Mutatio contin
gens ex parte actoris,non perimit satis-
dationem.h.d.¶Opp. possessor immobilium non
cogitur satisdare de iudicio sisti;vt.j.eo.l. sciendum.
in princ.sed hic possidebat fundum iste conuentus:
vt text.dicit,ergo &c.¶Huius timore sunt hic duę
lect.principales.Primò quòd hic non loquit de cau
tione iudicio sisti:sed de cautione iudicatum solui,
quã olim pręstabat suo noĩe conuentus:sed hodie se
cus:vt insti.de satis.§.j.&.§.sed hodie.j.de fideius.l.
si eum hominẽ.Dic vt ibi dixi.& in.l.si procurator
meus.j.de ꝓcu.Et secundũ hoc nõ ob.l.sciẽdũ.j.eo.
quę loquitur de cautione de iudicio sisti.& istã lectu.
prosequitur gl.quasi vsq̃ ad finem.Ibi alij.Bal.ibi
tractat aliam lectu.vt hic loquatur etiam de satisda-
tione de iudicio sisti.¶Assumo ergo primam,prout
loquitur hic de satisd.iudicatum solui.¶Op.j.iudi.
sol.l.si ante acceptum.Solu.ibi contingit mutatio
ex pte rei:hic ex parte actoris.hęc est verissima solu.
sed videre rationem est difficile.Gl.hic ponit duas
rationes,in illa leg.contraria ponit duas alias.Illa
est vera,quę tangitur hic in glo.ibi adde aliam &c.
quam declara melius.Quando cõtingit mutatio ex
parte actoris:tunc non mutatur respectu illius, cu-
ius respectu quis fideiussit.Semp enim promisit cõ
templatiõe interesse dñi,vt.l.si ꝓcurator.j.si qs cau.
Sed qñ contingit mutatio ex parte rei,secus. Nam.
si fideiussissem pro defensore nõ habente mandatũ:
obligaui me respectu illius sñię,quę ligabat ipsum
defensorẽ,non dñm:superueniẽte mandato senten-
tia ligabat dñm,non fideiussorẽ: vt.l. Plautius.j.de
procu.meritò defensor nõ tenet.¶Alias rõnes exa-
minaui.ĩ.d.l.si ante acceptum.vbi posui plenam di
stinctionem,quomodo ex mutatione contingit li-
beratio fideiussoris,vel nõ.dixi plenè ĩ.l.cum apud.
j.iudi.sol.¶Secũdo mõ legitur in cautione de iudi-
cio sisti: tunc obstat.l.sciendum.j.eod.Rñdet.Bul.
ꝙ possessor immobilium non satisdat. verum est si
est possessor aliarum rerum immobilium: sed pos-
sessor rei,quę petitur,non excusat eum à satisdatio-
ne.ita loquitur hęc opi.Bul.aliter recitauit gloss.j.
eo.l.sciendũ.& ibi dicã in vij.q.¶Alij dicunt quò d
hic conuentus nõ possidebat istum fundũ ita:q hoc
sufficeret ad euitandam istam satisdationem. fortè
enim possidebat,vt creditor,vel colonus:vt l.scien-
dum.§.

a ¶Arbitro.& rñde ad Barto. quòd à sentẽtia arbitri appellat,qa appellatio debet fieri gradatim:sed hoc nõ cadit ĩ arbitro: qa nõ habet gradũ iurisditiõis. Secũdò qa arbiter est psona priuata, & ab actu priuatorum nõ appellat.l.scire oportet. ĩ prin. de excus.tu. Tertiò:qa appellãs cõdicit:& sic statim sñia arbitri nõ põt hr̃e robur. & sic cessat hõlogatio. & sic rñsum est ad Bar.Quarto ẽ tex. ĩ.l.ex cõsensu. de appel.j.&.l.j.j. de arb.q nõ sunt correcti;ergo &c. Et an post appellatione ab interloquutoria,poterit ꝓcedi ĩ cã principali: certũ ẽ ꝙ sic.c.cũ q.de dolo & cõtu. ĩ.vj.qđ ẽ verũ secũdũ Bal.qñ ẽ talis ĩterloquutoria q̃ non parit ꝑiudiciũ causę pricipali:aliâs secus, & an possit interlocutoria iustificari ex noua causa Bald. hic.Andr.Barba.

* Pro cõcordia. Aduerte vtrum à sentẽtia arbitri appellare liceat.all. Bar. tenere,qđ sic in.l. fi.ff.de app.recip. Cõtrariũ tñ voluit ĩ hac.l.arbitro.& ĩ l.j.C. de arbit. & in.l.nemo põt.ff.de le.j. Si bene consyderet Bar.nõ cõtradicit. Nã dicit Bar.ĩ.d.l.fin.ꝙ nõ appellat,& hoc verũ.ẽ casus in.d.l.j. cũ si.vbi etiã summando text.dicit Bar.& hæc est rõ: qa à sentẽtijs,à quibus nõ orit actio, nõ põt appellari: vt in.d.l.j.sed cessante rõne, ponamus ꝙ ĩ aliquibus casibus oriat actio:vt vr in.l.ij.& in.l.cũ anteà.C. de arbi. vt puta qñ nõ est apposita pœna,vl qñ nõ dr ĩ cõpromisso rato manẽte pacto,vel statuto: quod cõpellit affines facere Cõpromissum:& tũc potest appellari, & ita in terminis si bñ videat loquit Bart. in.d.l.nemo põt.& in.d.l.j.& in hac.l.arbitro.& in hoc nulla ẽ cõtrarietas. No.tñ ꝙ loquor in sñia arbitri. Nã in sñia arbitratoris pet it reduci;vt hr ĩ.l.si societatẽ.§.arbitrorũ.ff.pro so.& ita Bar.in.d.l.fi. circa fi.de col.

POMATES.

b ¶Rõ spãlitatis est. Vide Pañ. consil. xxij.in.j.col.ij.vo, & Imo.cõ.cxlvij in.vij.colum.

c ¶Offm iudicis. Et sic habes ex dictis Barto.hic,qđ nõ põt pricipalr. põt p q̃relã.Adde Fran.de Are.in.c. dilecti.de iudi.& c.ꝓposuisti.colũ. iiij.de fo.cõpe.& Ang.de Are.in.l. ex consensu.col. ij.de appel.

d ¶Corrigat.adde latè Epm Alex.ĩ c.fraternitatis.extrà de fri.& malefi.& hoc dictum Bar.hic.dicit singulare in.c.propo suisti.colũ.iiij.de fo.compe.

dum.§.creditor.j.eo.& iſta poteſt ſatis ſuſtineri.Vel fortè non
poſſidebat fundum,ſed dolo deſierat poſſidere: ideo cõuenie-
batur:vt.s.eo.l.de dic.§.quidam.& ibi dixi in vlti.opp.Vel pe-
tebatur fundus cum fructibus.qui multum excedebant:& ideo
erat neceſſaria cautio de iudicio ſiſti.

SVMMARIVM.

1 *Mutatio interueniens de non mandato ad mandatum,non impedit ſtipulationem committi.*

2 *Ratihabitio ex parte rei,quando trahatur retro?*

3 *Procurator falſus actoris,etiam litem conteſtando,non facit conditionem ſuam aliquam.*

4 *Mutatio,quod ſit triplex.& quæ ſit illa,quæ ſatiſdationem perimit?*

5 *Cautio de iudicio ſiſti,quando præſtatur,per quæ uerba concipiatur?*

In ſtipulatione de iudicio ſiſti,imperſonalitas ex parte promittentis non uitiat ſtipulationem.

6 *Promittens in iudicio ſiſti,ſi adijciat quòd promittit parere mandatis curiæ,non tenetur de iudica.ſol.*

7 *Sipulatio ſolui iudicatum,quod contineat aliud,quàm uerba ſonent.*

8 *Promittens de iudicio ſiſti in ſpiritualibus,& criminalibus tenetur adijcere pœnam.*

9 *Promittẽs aliquẽ repræſentare in criminalibus ſine pœna qualiter puniatur.*

IVlianus. Hec lex eſt difficilis & hoc dicit.
Mutatio cõtingẽs ex parte acto
1 ris,ſatiſdationem nõ perimit.h.d. ¶†No.q muta-
tio interueniẽs de nõ mãdato ad mãdatũ, nõ impe-
dit ſtipulationẽ cõmitti:vt ĩ gl. Pono caſum.hæc gl.debet duas
ptes principales:qa in prĩa pte pſeqꝫ lecturã Io.& Azo. dicẽ-
tiũ,q iſta lex.loqꝫ in ſatiſdatione iudicatũ ſolui.& iſtã ptẽ glo.
pſeqꝫ vſqꝫ ad ver.alij.vt Bul.q verſicul9 eſt ppe fi. glo. Ibi eſt
alia pars,in qua glo.legit legem iſtã ſecundũ lect.Bul.ẽt ĩ ſatiſ-
datiõe.de iudicio ſiſti.& iſtę lec.ſic variãꝫ timore.l.ſciendũ. j.e.
Quod cõtrariũ venit,nõ ad id,qd' ĩ hac leg.determinaꝫ: ſed ad
id,qd' pſupponiꝫ:qa hic pſupponiꝫ,q poſſeſſor fundi debebat
ſatiſdare.At lex illa dicit cõtrariũ.iõ Io.& Azo dixerũt,q illa
lex loqtur de ſatiſdatione de iudicio ſiſti:hic ĩ ſatiſdatiõe de iu
di.ſol.Sed Bul.dixit,q poſſeſſor rei ĩmobilis,q non petitur, nõ
habet neceſſe ſatiſdare de iudicio ſiſti:vt ibi.ſed ſi rei tñ petitę,
ſic vt hic.Vel hic nõ dicit de poſſeſſore,ſed de mero detẽtore, q
nõ euitat ſatiſdationẽ.Vel hic ſpõte fuit cautũ.ſic.s.e.l. de dic.
§.qdam.& ibi no.q illa tertia reſponſio eſt extra gl.& ſic eſt ex
pedita ſecũda pars gl. ¶Sed redeũdo ad primã partẽ,q hic lo-
quaꝫ de ſatiſdatione de iudi.ſol.iſtud videꝫ de iure Digeſtorũ.
Pro glo.facit.j.man.l.ſi remunerandi.§.Maurus.Sed Fran. ac-
cur.tenet cõtrà gl.q etiã de iure ffõrũ.ſuo noĩe cõuentus,nõ te
nebaꝫ ſatiſdare:vt.j.de pcu.l.ſed & hę.§.defendere.&.j. ex qb.
cau.ĩ poſ.eaꝫ.l.hęc aũt.§.fi.&.j.ti.j.l.ſi cũ vno.Ideo ipſe dicit,q
iſta ſatiſdatio fuit pręſtita à pcuratore rei,nõ ab ipſo reo. Vel
fuit pſtita ex volũtate,non ex neceſſitate.Sequitur in gl.ſed cũ
cõditio retẽto themate,q iſta loquaꝫ ĩ ſatiſdatione iudicatũ ſol
ui. ¶Opp.gl.de.l.ſi ante acceptũ.j.de iudi.ſol.ibi diciꝫ,q ſi ca
ſu pſonæ cõditio eſt mutata,q ſatiſdatio non cõmittiꝫ.& eodẽ
modo opponiꝫ.j.qui.mo.pig.vel hypo.ſol.l.j.in fi.Sol.ibi loqui
tur,qñ mutatio interuenit ex parte rei:hic verò quando ex par
te actoris.Et reddit rõnem:quia ibi ex parte rei propriè eſt mu
tatio,& alteratio de ſtatu ad ſtatum:cũ & ſine mãdato, & cum
mãdato admittiꝫ defenſor.Vñ nouus ſtatus ſuperueniens non
operaꝫ,niſi ad extũc:iõ ratihabitio retrahit retro;vt.l.iij.§.fidei
cõmiſſariã.j.de hęre.inſti.ſed ex pte actoris:qa falſus pcurator
nõ deduxit rẽ in iudicio:nõ põt dici.q falſus procurator dicaꝫ
eſſe in aliquo ſtatu:ideo ratihabitio trahiꝫ retro,& reddit con-
ditionẽ pcuratoris vniformẽ tpe acceptæ ſatiſdatiõis,& poſt:
vñ rõne iſtius ſatiſdationis fictione nõ vꝫ ſtat9 alterat9,ſed ſem-
per idem fuiſſe:ideo cõmittiꝫ ſtiplõ.Ecce ergo ſecũdũ Io. rati-
habitio nõ trahiꝫ retro ex pte rei,ſed ex pte actoris ſic. ¶Et ſi q
ris quare hoc,qd' trahiꝫ retro in pcuratore actoris,non rei?Rñ.
qa trahi retro eſt p fictionẽ:quã ius inuenit in p'dãda efficacia
actui retro in efficaci.ita eſt in pcuratore actoris.ſed in procu-
ratore rei fuit retro efficax. ¶Item,qa ratihabitio valet, etiam
in his quæ pẽdẽt ex cõſenſu ratificãtis,ſecũdũ regulã magiſtra
lẽ doc.no.p In.extra de offi.dele.c.prudẽtiã.Sed defenſiõis ptãs
non dependet à dño,cũ inuitus poſſit defendi?vt.j.de ſolu.l. ſo-
lutionẽ. ¶Itẽ cõtraria pariter debẽt operari quodlibet.ſ.in ſuo
effectu ad quẽ,& put ad ipm ordinaꝫ:adeò,q qui nõ põt phi-
bere,nec permittere:vt.j.de acqui.hęre. l.is põt.Sed mera de-
fenſio nõ põt phiberi:ergo pmiſſio nihil opatur,ſecũdũ gl.&
fuit de mẽte gl. ¶Itẽ eſt alia rõ differẽtiæ,ſecũdũ gl.ĩter actorẽ
& reũ:qa ex parte actoris,nihil eſt quod ĩpediat cõmitti ſtipu-
tionẽ:ſed ex pte rei ſic.Pręd ĩcta mutatiõe ĩteruenięte,nõ eſt re
perire,ex qua pte vel culpa poſſit ſtipulatio cõmitti.qd' decla
ra vt in gl. ¶Sed cõtrà primã rõnẽ gl. opp.q ſi mutatio ſtatus
ad hoc operaꝫ ĩ pcuratore rei:ergo idem in eo,q veniebat noĩe
actoris,ſi erat talis,q nõ poterat prohiberi.quod eſt quandoqꝫ.
Nam & in iſto põt ſtatus mutari.Sed reſpõ. ſecũdũ gl.cõcędẽ-
do in caſu iſto,quòd idem eſt ex parte actoris,quòd rei.Itẽ con
trà primã rõnem ob.quia lit.cõteſt.etiã in falſo pcuratore,vide
tur quod aliqua ſit ei9 cõditio effecta:cũ li.cõteſt.efficiaꝫ quaſi
dñs inſtantiæ:ergo in pcuratore etiã actoris poſt lit.cõteſt. di-
cendũ eſt,q impedit ſtipulationem committi mutatio ſtatus.
Sed reſpon.cõcedẽdo hoc eſſe verũ poſt lit.cõteſt.ſecũdũ Azo.
2 ¶Recitata eſt iſta gloſſ.dicit tria.Primò† quòd ratihabitio ex
parte rei,nõ trahiꝫ retro.& in hoc dicit malè ſimpliciter loquẽ-
do.Primò per rationẽ.Nam cũ defenſor noĩe rei defendat,reus
ſuo noĩe põt habere ratum.& debet iſta ratihabitio trahi retro:
vt.j.de pig.l.ſi fundus.§.j.Ratio eſt:qa conſenſus ratificantis di
rigiꝫ in tps retro:vt.d.§.j.Secũdò hoc ẽ cõtrà caſum.l.j.de exce.
rei iudi.&.l.ſi mater.§.hoc iure.Tertio iſtud eſt cõtrà regulã. j.
de iudi.l.licet.Et iõ dñi dicatis,q glo.l.ſi añ acceptum.in fin.j.
iud.ſolui,cauti9 eſt locuta.Ibi eñ diciꝫ q ratihabitio nõ trahiꝫ
retro,quãtũ ad ſatiſdationẽ.Videꝫ cõſiderãdũ,q aut nos quęri-
mus,vtrũ iſta ratihabitio ex parte rei retrotrahaꝫ qꝫtum ad ef-
ficaciam proceſſus in pręiudiciũ ratificantis:& dico quod ſic.
Eodẽ modo ĩ ei9 cõmodũ.ſic loquiꝫ.l.licet.&. §.hoc iure. Aut
loqmur qꝫtũ ad vim ſtipulationis:& tunc cõſidera,q in ſatiſdã-
do defenſor nõ aſſumit pſonã dñi,ſed ppriã:& ſe prĩcipalr obli
gat.iõ in hoc eſt dñs:& ratihabitio dñi litis non pertinet ad hoc
principaliter:quia iſte act9 ſatiſdatiõis nõ reſpicit dñm:vt.l.ſed
& hære.§.defendere.j.de pcu.& eo.ti.l.in cauſę.in fin.Quãtum
eſt aũt in pcedendo,ſimplex vel nõ ſimplex defenſor aſſumit
pſonã dñi litis,& in ei9 pſonã cõfert defenſionẽ.Ideo ergo hoc
reſpectu dñs ratificat:qa nõ valet proceſſus reſpectu dñi.non
tñ hoc eſt ita ex parte actoris:qa licet pcurator ſatiſdãs veniat,
vt cõferat hoc in ſe proprio noĩe:tñ pcurator ſatis accipiẽs nõ
cõfert hoc ĩ ſe,vt in ſe pcuratorio noĩe dñi:iõ ſi dñs habet ratũ,
confirmat:qa eius noĩe ſatis accipiꝫ:vt.j.iud.ſol.l.iij.Sed tũc in-
ſtatur,ſi ratihabitio ex parte rei,nõ ptinet ad ſatiſdationem,ſed
ad proceſſum:quare ĩpedit ſatiſdationẽ cõmitti?Rñ. quia talis
ſatiſdatio nõ interponiꝫ principalr pter ſe:ſed reſpectu iudi-
cij,& modi agendi,ſeu defendendi.Et ſi in pcendo interuenit
mutatio de vno reſpectu ad alium reſpectum;non cõmittiꝫ ſti-
pulatio:qa iã nõ extitit eius cõditio,q eſt implẽda in forma: vt
j.iudi.ſolu.l.cũ qrebaꝫ.§.fi.Applicãdo ad ppoſitũ,q ſatiſdat,vt
ſimplex defenſor,ſatiſdat:vt is cõtrà quẽ pcediꝫ,& nõ habẽs re
pſentationẽ alteri9 pſonę:qa nõ repñtat pſonã dñi cũ nõ hẽat
mãdatũ.ſtatim verò cũ habet mãdatũ defendit,vt pſona repręſentata,ita q ipſe dñs p ſe videꝫ defendere.ergo ſicut ſi dñs de-
fenderet p ſe,nõ cõmittiꝫ hęc ſtipulatio cõtrà illũ,q cõparuit vt
defenſor,& hoc ppter mutationẽ pſonę,ſicut nec tũc,qa mãda
tũ mutat pſonã inducẽdo nouã pſonã repſentatã.Hoc caſu intel
ligo verum,ſi ſatiſdedit,vt defenſor ſimplex:ſecus ſi vt procu-
rator,licet nõ eſſet.Nã tũc nihil mutatur ratihabitione ſecuta.
habendo reſpectũ ad intẽtionẽ cõtrahẽtiũ.Et iõ ſecũdũ reſpe-
ctũ & intẽtionẽ eorũ,cõmittiꝫ ſtipulatio:qa reſpect9,quẽ habue
rũt ĩ cõtrahẽdo,nõ eſt mutat9,ſed validat9.Itẽ credo:q ín hoc
aſſentit Iac.bu.q ſi lis erat cõteſtata cũ defenſore q ſupueniẽs
mãdatũ poſteà nõ ĩpedit cõmiſſionẽ ſtipulatiõis,qa nõ cogitur
actor cũ eo,vt cũ pcuratore pcedere:licet ſit pcurator,ſed vt
cum defenſore:& ſic eo reſpectu p cõteſtationẽ fact9 ẽ dñs litis:
vñ inuito actore,mutatio nõ põt fieri.hoc innuit.l.ſi ante acce-
3 ptũ.in fi.in verſ.acceperit. ¶†Ex pdictis apparet:q limitatio
quã gl.ponit circa leg.nrãm de pcuratore actoris eſt falſa:ma-
ximè in eo,qd' dicit:q falſus pcurator actoris facit ſuã cõditio
nẽ eſſe aliquã lit.cõteſtãdo.q.d.q efficiꝫ dñs litis,propter con-
teſt.lit.qd' eſt falſum:qa tunc exceptio falſi pcuratoris,nõ poſ
ſet poſt lit.cõteſt.obijci:ex quo hrẽt ius qſitũ p cõte.lit.qd' eſt
cõtrà caſum.l.licet.C.de pcu.Et ſcias q.l.ĩ cauſę.§.ſi ex pte.j.
de pcu.loqꝫ in verò pcuratore ab initio:& ſic nõ facit ad leg.
noſtrã.Et.l.ſi eũ hominẽ.j.de fideiuſ.loquiꝫ qñ eſt mutatio cir-
4 cà pſonã dñi,nõ pcuratoris. ¶Collige ſecũdũ Gul.& Ia.bu.† q
triplex põt eẽ mutatio.Aut eñ mutaꝫ res cã agẽdi:vl' actio.&
habet locũ.j.iudi.ſol.l.cũ qrebaꝫ.in fi.Aut iudex mutaꝫ.i. non
adiꝫ illo reſpectu cui9 ſtipulatio fuit interpoſita:& tũc habet
locũ.j.iudic.ſol.l.iij.in fi.Aut mutaꝫ iudex in appellationis arti
culo,& tũc aut appellat ſatiſdãs,& nõ pdeſt ei,qn teneaꝫ.aut
ſatiſdationẽ accipiẽs:& tũc pdeſt:vt.j.iudic.ſol.l.cũ apud Sem
proniũ.hoc nõ placet.Iac.bu.Iõ dico:qd' aut ſnĩa prima cõfir
maꝫ p iudicẽ appellatiõis,aut ex diſpõne leg.p deſertionẽ.& te
neꝫ fideiuſſor.Aut nõ cõfirmaꝫ:ſed infirmaꝫ:vel alio mõ diſpo
neꝫ,ita q ex prĩa ſnĩa nõ põt fieri executio,& nõ teneꝫ fideiuſ-
ſor.& ita intelligiꝫ.l.illa,cũ apud ſemproniũ.Sin aũt mutaꝫ p-
ſona loquiꝫ tex.q.mod.pig.vel hypo.ſol.l.j.in fin.Et illud qñ

est mutatio in veritate, & cessat fictio idẽtitatis ꝑsonæ: sed qñ ꝑ sona fingeret̃ eadẽ cũ prima, loquit̃. j. de fideiuſ. l. si cũ homine. Si autẽ mutat̃ ꝑsonalis respectus: tũc loquit̃. l. si autẽ. j. iudi. sol. in fi. Si autẽ nil mutat̃, sed addit̃ mãdatũ non habenti: loquitur leg. nr̃a. qa lex nr̃a tractat de satisd. iu. sol. secũdũ verã lec. & de iudicio sisti, secũdũ aliã. ¶ Querit̃ an hęc lex habeat locũ ĩ acto re? dicit Cy. ꝙ nõ: qꝛ iure isto nõ cauebat actor, sed reꝰ. Nõ allegat aliqd, sed ego allego. l. not. j. de dolo. l. si oleũ. Hodie verò satisdat actor de lite ꝓsequẽda: vt. C. de epis. & cle. aut̃. gñalr̃. & C. de lit. cõtest. aut̃. libellũ. ¶ Quero, volo cauere† de iudicio
5 sisti: quę verba debeant interuenire? veritas est, ꝙ duobus modis fit. vno mõ impsonalr̃ ꝓmittẽdo de iudicio sisti: & loquor de fideiussore. Nã in eo q de se ꝓmittit, certũ est. Et si dicat̃, qũo valet, cũ sit ĩpsonalitas ex pte ꝓmittẽtis? Rñ spãle est ĩ istis stiplõnibꝰ: vt ꝓmittẽs ĩpsonaliter fingat̃ ꝓmisisse se facturum & curã. vt insti. de inuti. stip. §. si qs aliũ. & . j. de ꝟ. obl. l. quoties qs. & j. iud. solu. l. si reus. Non ob. j. de ꝟ. obl. l. stipulatio ista. §. sicut. & C. de cõsti. pec. aut̃. si qñ. qa spãle est in hmõi stipulationibus prætorijs, & iudiciarijs. Si autẽ qs ꝓmitteret factũ ꝓpriũ. s. se facturũ & curaturũ: tũc valet sine dubio. Aut factũ rei prĩcipalis: & tũc nullo mõ. & in hoc nõ est aliud in istis stipulõnibꝰ ꝓto rijs, ꝙ̃ in alijs stipulationibus: vt. l. stipulatio ista. in princi. j. de
6 ꝟb. obli. & l. iter stipulãtẽ. in pri. e. ti. secũdũ Cy. ¶ Itẽ qro, †ego tãꝙ̃ fideiussor ꝓmisi de iudicio sisti: & adieci, ꝙ ꝓmisi parere mãdatis curię: nunqd ꝑ hoc tenebor de iud. sol. Et determinat Cy. quòd nõ. Hoc ĩdubitãter credo verũ in exẽplo ꝓmisso: qa ĩtelligo, ꝙ fit stipulatio, scilicet de stãdo iuri ĩ iudicio. ar. j. de ꝟb. ob. l. qcqd adstringende. & . j. de vsur. l. si stipulatus. ¶ † Quæro
7 quia stipulatio iudicatũ solui cõtinet tres clausulas tanꝙ̃ con nexas & insepabiles: qd dicẽdũ de ista stipulatione, solui iudicatũ? Iaco. de ra. dicit, ꝙ nõ cõtinet, nisi qđ verbũ sonat. Cõtra
8 riũ determinat Cy. ꝑ casum. l. ij. §. incertã. de ꝓto. sti. ¶ † Iuxta hoc quæro: an qui ꝓmittit de iudicio sisti, teneat̃ penã adijcere in casibus, qbꝰ non versat̃ ĩteresse pecuniariũ: videicet, vt ĩ spiri tualibꝰ, vel criminalibus? & determinat ꝙ sic. casus est. j. rẽ ratã habe. l. ꝓcurator ad exhibendũ. §. ij. Adde quod dixi. s. cod. l. ij.
9 ¶ † Itẽ qro: ꝓmisi aliquẽ sine adiectione pœnę repræsentare in cã criminali. qũo puniar, si eum non repræsento? Rñ. & si sum in dolo, sine dubio possum mulctari extraordi. etiam per viam incarcerationis. & corporis coercitionis: secus autẽ si sine culpa. Nã tũc alio mõ debeo extraordinẽ puniri: vt. j. de cust. re. l. j. & ij. aliãs. l. si qs reũ. Ia. de ra. dicebat, ꝙ in cã criminali fideiussor põt se obligare ad corporalẽ similẽ pœnam cũ principali. hoc reprobat Pe. & Cy. ꝑ. l. liber hõ. j. ad leg. aquil. ita dicit hic Cy. & in. l. ad cõmentariensẽm. C. de custo. reo. De hoc tangit gl. s. eo. l. ij. in fi. de hoc est tex. & gl. xiij. q. vj. xxiij. q. v. cũ hõ. & ibi videas, modo est expedita lex ista. Additio.

SVMMARIVM.

1 *Cautio pro relictis in ultima uoluntate ante diem, uel conditionem ; debet præstari pro debitis ex alia causa, non.*

2 *Oratio uniuersalis recipit limitationem.*

Nter omnes. Pro debito sub conditione ex vltima voluntate indistinctè cauetur, aliàs nõ: nisi causa cognita. h. d. Primò loquit̃ in relicto in vltima volũtate. Secũdò in debito ex alia causa. Tertiò redit ad primũ. Secũda ibi:
1 & plerũꝗ. Tertia ibi, sed si plures. ¶ Nota, † ꝙ ꝓ relictis in vltima volũtate ante diẽ, vel cõditionẽ indistĩctè debet p̃stari cautio: vt hic. & . j. vt le. no. ca. ꝑ totũ. ¶ Secũdò not. ꝙ ꝓ debitis ex alia causa, nõ debet caueri, nisi ex cã, vt hic. in tex. & . j. de priuil. cre. l. si creditores. ita debet intelligi. l. in oĩbꝰ. j. de iudic. & ibi di cet̃. ¶ Opp. dr̃ inter oẽs. Cõtrã multi fuerunt iurisconsulti, q de hoc nõ tractauerunt. Sol. expone oẽs. s. de hoc interrogati. vide glo. no. ꝙ si in reformatione dicat̃, placuit oĩbus de consi lio, vel in aliquo instrõ, de volũtate omnĩũ, de capitulo, ĩtelligit̃
2 omniũ. s. p̃sentiũ. Et † sic orõ vl'is, recipit limitationẽ. de quo ple nissimè dixi. j. de no. ope. nun. l. j. §. nũciatio. vbi hoc tangit. Ia. de arc. ¶ Secũdò op. ꝙ añ cõditionẽ existentẽ nõ põt adiri hęreditas. & sic nec possideri, vt. j. de acqui. hęre. l. sed & si de sua. Sol. intellige, ꝙ hic possidebat ex bonorũ pos. secũdũ tabu. vt j. de bon. po. secũdũ tab. l. ij. §. si sub cõditione. Vel dic, ꝙ hic fuit datꝰ curator bonis. ꝓbat̃. j. de hęre. insti. l. qs instituat̃ ĩ prin. Vl' dic ꝙ sic. al's de facto possidebat. ¶ Op. j. de ꝓto. stip. l. Paulꝰ no. Rñ. dicit gl. ꝙ ibi p̃tor dederat bonorũ possessionẽ: hic nõ. Hęc nõ est vera per ea, quę dixi in ꝓcedẽti cõtrario, & dicit̃ in p̃cedenti gl. Dic ergo, ꝙ hic nõ cogitur cauere in diẽ longiorem: hoc est, vt cautio cõmittatur, siue existat conditio, siue non.

Iliusfamilias. ¶ Pater pro filio, vel econtrà, non est idoneus defensor, sine satisdatione. hoc dicit. ¶ Oppo. quòd hæc lex sit hic incongruè situata: cum nõ tractet de satisdatione de iudicio sisti, sed iudic. solui. dicit, ꝙ in satisdatione iudicatum solui, cõtinet̃ clausula de defendendo, q ꝑtinet ad istam, de iud-
a cio sisti. ¶ Aduerte,[a] certè longa est dr̃ia: nam illa clausula de defendendo, trãsit ad hæredes: vt. l. iã tñ. §. pe. j. iudicatum solui. Secus in stipulatione de iudicio sisti: vt. j. eo. l. si decesserit. vnde in prima defendi põt ꝑ aliũ: sed in secũda de sisti in iudicio, nõ; cũ factũ ꝑsonæ requirat̃: vt. d. l. si decesserit. Quare ergo hic fuit posita hec lex? qa sic placuit, cũ tractaret̃ de satisdatiõe, ponit hic de hac & de alia. s. l. ꝓxi. ¶ Op. ꝙ pater non teneat̃ satisdare, vt l. fi. §. defensionẽ. C. de admi. tu. Gl. dat multas solu. quarũ aliquę sunt verę in se, tñ cõtinẽt diuinationẽ. Dicit enĩ ꝙ hic filius erat emancipatus: vel agebat̃ de crastrensi peculio. ¶ Tu dic, vt ibi no. & ĩ. l. fi. §. vbi aũt. C. de bon. q lib. Hoc modo, aut loquimur in casibꝰ, qbus pater nõ est legitimus administrator: & cogitur satisdare, vt hic: ꝓut loquit̃ in filio emancipato & de castrẽsi peculio secũdũ gl. Aut ĩ his casibus, quibus est legitimus administrator: & tunc aut defendit, vt legitimus administrator: & non cogitur satisdare: vt. l. fi. §. vbi autem. de bona. quę li. & . l. fi. §. defẽsionẽ. C. de admi. tu. Aut, vt qlibet extraneꝰ, & tenet̃ satisdare: vt hic, & . l. fi. §. vbi aũt. cũ sua gl. de bo. q lib.

SVMMARIVM.

1 *Reformationes & statuta inuicem determinantur.*

2 *Clausa, non obstante, posita in reformatione noua, non impedit determinationem, quæ fieret per illa statuta.*

3 *Lex ista intelligitur de satisdatione, de iudicio sisti.*
Sermones intelliguntur secundum subiectam materiam.

4 *Poßidens, immobilia, non tenetur satisdare: quia cessat præsumptio fugæ.*

5 *Poßidens multa bona mobilia, quæ de facili occultari non poßunt, non tenetur satisdare.*

6 *Poßidens, & sic non satisdans, nõ tenetur iurare: & ita seruat consuetudo.*

7 *Poßidens immobilia, nõ obligat sua bona de consuetudine.*

8 *Poßidens modicam rem, & uilem, non euitat satisdationem pro quantitate magna.*

9 *Poßidens rem, super qua litigatur, tenetur satisdare quantum ad actorem, non quo ad alios.*

10 *Conuentus, qui habet annuos reditus super re immobili, non tenetur satisdare.*

11 *Poßidens rem immobilem bona fide, euitat satisdationem, secus si mala fide.*

12 *Filius tenetur satisdare, etiam si habet patrem immobilia poßidentem.*

13 *Fideiussor, qui non poßidet immobilia, non est idoneus, nisi sit coniuncta persona.*

Ciendum. ¶ Iurisconsultus in hoc principio ponit vnã regulã antiquorũ, quã posteà exponit. & glo. ij. q est sup vers. possessor aũt. legamꝰ ꝑ ptes & expediamꝰ istud prĩcipiũ, q dr̃ satis breue est ĩ se. ¶ Opp. & vr̃ ꝙ indistĩctè satisdet̃: vt. C. de lit. cõtest. aut̃. offerat̃. So illa est noua lex. & licet ĩdistĩctè loquat̃, distĩguit̃ ꝑ istã antiquã: vt. l. nã & posteriores. s. de le
1 gi. & ita dicit gl. & bñ. Quod no. & tene mẽti†, ꝓ reformatiõibꝰ, & statutis, vt inuicẽ determinẽt̃: de quo dic, vt dixi ĩ. l. oẽs ppl'i.
2 s. de iusti. & iur. circa ĩterptationẽ restrictiuã. ¶ † Queroᵇ, qd si
b in reformatione de nouo facta contineat̃ clausula aliquo nõ obstãte: vtrũ ꝑ hoc impediat̃ determinatio, q deberet fieri ꝑ alia statuta antiqua. Tex. est & gl. in authen. de hæredi. ab intest. in gl. sup ꝟbo vacãtibꝰ. q dicit, ꝙ hoc ꝟbũ tale determinationẽ nõ impedit aliàs fortè dicemus latius. ¶ Secũdò oppo. j. de incen. rui. nau. l. ne qd. §. à dño. Sol. ibi speciale. ita dicit hic glo. in fi. & ista vera. Lo quit̃ enĩ expressè ibi de satisdatiõe de iudicio sisti:
3 vt ibi patet. ¶ † Quero, de qua satisdatione loquatur hic? gloss. intelligit de satisdatione de iudicio sisti: & bene. & sic sermones intelligant̃ secundùm subiectã materiam: vt. l. si vno. j. loca.
2 vel cōtēdere: al's nō ꝓcedit. ¶ † Scd'ò no. ꝙ ſi daꝫ termin⁹ ad deliberādū, ſecūdū formā authē. offeraꝫ de lit.cōt. nō ſufficit reo venire intrà terminū, & dicere deliberaui cedere, vel cōtēdere: ſed intrà illū terminū debet ꝓducere ſuas exceptiōes declinatorias, & dilatorias, ſi quas vult, per iſtū tex. qui dicit, veniat inſtructus ad agendū &c. Et ſi inſtructus: apparet ꝙ nō debet dare nouā dilationē, ad proponēdas nouas dilationes ſeu exceptio. vt.l.ſi quando. C. de dilatio.
3 ¶ † Tertiò no. ꝙ in electione actoris eſt dare copiā libelli reo, ſuis expēſis. Vel ꝙ ſtatuaꝫ ſibi terminus ad recipiendū copiā expēſis rei. Tamē tex. in authē. offeraꝫ. videtur dicere, ꝙ debeat dari libell⁹ ipſi reo: & ſic expenſis actoris. Vnde nō habeat hodie hanc ꝑtātē: quòd in qbuſdā locis ſeruaꝫ. Ita tenet gl. ꝙ detur expenſis actoris. in.c.ſępe. in glo. ſup verbo, pronunciatio. extrà de verb.ſig. in cle. Tñ ſeruā cōſuetudinē fori. ¶ No. ēt gl. mag. in prin. de dictiōe, ꝑinde
4 & exinde. No. vltiò, † ꝙ nō eſt de neceſſitate, ꝙ libellus detur in ſcriptis, dum dicit, ꝙ producit aduerſarium ad alium &c. Et ibi dicendo &c. quòd eſt hodie correctū ꝑ authē. offeraꝫ. C. de li.cōt. & no. gl. etiā
a hic[a] in verbo edere. la.j. & la.ij. ¶ † Venio ad appara-
5 tum. Quæro: diciꝫ hic qua qſq; actione qd de officio iudicis? Dicit gl. idē. Tu circa hoc dic, vt in.§.j. inſtitu. de actio. & de offi. ꝓcō. & leg.l. ne qcquā. in.§. vbi decretū. tetigi in.l.j.ſ. de iuriſdi.om.iudi. ¶ Secundò q̄ro, & intro gl. magnā q̄uo debet fieri editio actiōis vt per hoc reus certificeꝫ, vtrū cedere, velit vel con-
6 tēdere? Dicit gl. † faciendo duo, exprimendo cū ipſa actione rem & cauſam. De concluſione nihil dicit: qa illud importat verbū actio: hoc eſt debet poni cō-
b cluſio[b], q̄ ſequatur ex cā præmiſſa, & debet peti res: vt. C. de fideicō. lib.l.fi. & .j. de neg.geſt. l. pōponius, in negotijs. in fi. & .j. cōi di.l. vt fundus. & . C. de fideicom. liber.l.fi. Si enim cōcluſio nō poneretꝫ in libello, non eſſet certus reus, velit cedere vel contendere ignorās, quid petatur. ¶ Quærit gloſſ. dixi, ꝙ debet
7 deſignari res † quæro qualiter deſignabiꝫ. glo. notabiliter dicit, aut actio vniuerſalis, aut generalis, aut particularis. dic vt in gloſſ. ¶ Vniuerſalem actionem intelligas quæ datur ad aliquid, quod de ſuo ſignificato multa in ſe contineat: vt eſt vniuerſitas iuris: vt hæreditas: vel bonorum poſſeſſio: & ſimilia. vt hic ponitur in gloſ. ſiue ſit vniuerſitas facti, vt peculiū. Quòd tñ dic, vt in.l.ſi peculiū. j. de pec.leg. Idē dicit Inn. ſi peteretur caſtrum, vel villa: vt in.c.cū ad ſedē. extra de reſti.ſpo. ¶ Itē aduerte, ꝙ gloſſ. dicit, ꝙ
c concluſio libelli in petitione hæreditatis[c] eſt. Quare peto hæreditatem. Iſte non videtur bonus libellus: quia ſi eſt hæres, habet hæreditatē prout eſt ius.l.cū hæredes.ff. de acqui.poſ. non igiꝫ habet neceſſe pete-
d re. Debet ergo[d] ſic libellus concludere. Peto me pronunciari hæredē, & aduerſariū cogi ad reſtituēdum quicquid tenet & poſſidet, de dicta hęreditate. Et ita format Iuriſconſultus in.l.licet. de pet.hæred. Et iſte eſt modus formādi verū libellū. Tñ glo. nō reprobo, ſed eā ſuſtineo: vt cum dico: Peto hæreditatem: quia ſum hæres. peto hæreditatē, importat, hoc eſt res hęreditarias, vt eas poſſideam proprio nomine. facit. j. de rei vēd.l.j. ¶ Itē no. & aduerte ad glo. quæ dicit, ꝙ poſteà in executione examinabiꝫ, quæ ſint res. Hāc practicā ponit text. C. de iure fiſc.l. defenſionis. Iſtud
8 no. † & tene mēti ad multa, ſpecialiter ad practicam currentē hodie in partibus Italiæ, vbi inſtrumēta publica habēt executionē paratā, ſicut ſentētiæ diffinitiuæ. Nā & ſi eſt aliquod inſtr̄m non liquidū, vel obſcurū: vt quia ꝓmiſiſti mihi dāna & intereſſe meū ſimpliciter, & petā executionē inſtr̄i. & quod in ꝓ-
e ceſſu liqdabo[e] de meo intereſſe, vel de meo dāno. ꝓ hoc habetis text. C. de ſentē. quæ ſine cer. quanti.l.ij.
9 ¶ † Secūdò dicit glo. in actione gn̄ali[f], ſufficit ꝙ res
f exprimaꝫ gn̄aliter: vt, Peto ꝙ reddas rōnem adminiſtrationis tuæ gn̄alis: quia geſſiſti negotia mea. Conſulti⁹ eſt, ꝙ ponaꝫ in libello, Peto te cōdēnari, vt reddas rōnē, & reliquū reſtituas: Patet. j. de neg.ge. & de tute. & rō. diſ. Et aduerte: quia licet in vniuerſali ī prima inſtātia nō ſit neceſſe, ꝙ res declareꝫ; vt.ſ. proxi-
g me dixi: tñ in gn̄ali[g] iſta debet in ipſa prima inſtantia ꝓbare res, quas adminiſtrauit: & quid ad eum potuit peruenire ex ipſa adminiſtratione. Quod qñ q; probabiꝫ per iuramentū in litē; vt.l. tutor q reper toriū. de admi.tu. Et quod hoc debeat ꝓbare ꝓbaꝫ. Nam ſnīa, quę in hoc iudicio ferꝫ, nō parit p̄iudiciū in effectu, niſi, cauſis, quas actor proſecutus eſt; vt. C. de iudi.l. licet. debet ergo ꝓſequi ſingulas cauſas. & hoc videꝫ ſentire gloſſ. ibi, ſed iudicio pendente &c. ¶ Quę eſt rō diuerſitatis? Rñ. quia iudiciū vniuerſale de quo .ſ. locuta eſt glo. ſecundū propriā naturā actionis, daꝫ ad declarādū ius actoris. Reſtitutio rerū vero fit per iudicis officiū: vt.d.l.licet. & ideo in illo iudicio non eſt neceſſe, niſi ꝙ declarareꝫ actorē eſſe
h heredē. Iſtud vel[h] iudiciū daꝫ ad reū condēnādum: ideo debet ꝓbari id ſup quo debet fieri cōdēnatio.
10 ¶ Tertio. † Dicit gloſſ. in ſingulari actiōe debet res
✱ ſingulariter deſignari; vt. j. de rei vēdi.l.ſi in rē. quod intellige in eo, quod principaliter petiꝫ: nō in eo, qd' petiꝫ ꝑ quandā conſequentiā, vel incidenter. Verbi grā. Peto fundū à quo me deieciſti, cū reb⁹, quę ibi erant tpe deiectionis certè ſatis eſt ꝙ fundū declarē: res non debeo declarare: quia non habeo neceſſe ꝓbare, ſed ſtatur iuramēto meo; vt.l.ſi quādo. C. vnde vi. Et ideo re⁹ ſatis pōt deliberare velit cedere, vel cōtendere, ꝑ iſtū libellum. Ita tenet Inno. extrà de ordi.cog.c.cū dilectus. Item, ſi peto rem cū fructibus inde preceptis: non teneor exprimere quantitatem fructuum: quia eadem ratione, qua debetur mihi res, debentur & fructus. & ſic reus poteſt eſſe certus.

POMATES.

a ¶ Gloſ. etiā. Per iſta dicta Bar. limitat regulam.l. quocūq;.§.fi.ff. de public. vide Iaſ. in.l. ſciendum.

b ¶ Cōcluſio. Adde Ang. cōſil.xxxvij. vbi dicit, quòd licet actio generaliter deſignata ꝓponaꝫ ineptè, nihil facit; dummō rectè cōcludaꝫ: quia ex cōcluſiōe reſultat actio apta, quam nec iudex, nec ꝑs alterare, nec mutare p̄nt. Et idē tenet Ang. conſil. cclxj. Pau. de ca cōſi.cclviij. Bal. cōſ.cccxviij.li.j. An aūt ſufficiat libellū præſumptiuè cōcludere: vide Ro. ꝙ ſic deci.ccxxv. in nouiſ. & cum nullitas in libello deducitur, cā debet exprimi. vt deducit Rota deciſiōe .clxv.

c ¶ Hereditatis. Adde qualiter debeat libellus concipi in petitione hereditatis Ang. conſi.clxj. & .cxxxvj. Pau. de caſt. conſi.vj.

d POMA. ¶ Debet ergo. Vide Alex. cōſ.cxxiiij. in.ij.col. vol.iiij. in verſi. & aduerte ꝙ licet. Et quamuis dicat, ꝙ res eſt de ſubſtan. Bar. tñ in.l. edita. col.iij. videtur tenere contrarium, vbi vide Decium. col.v.

e ¶ Liquidabo. Adde poſt. d. Iaſo. inquantum per plura ipſe nititur tenere cōtrà Bar. ꝙ executio inſtrumenti non liquidi, non poſſit peti. ꝙ Roma. fędere concordię in luculentam conſonantiam Bartoli dicta reducit eius conſi.ccxj. incip. allegationes doctorum. vbi dicit ita plures tenuiſſe legendo: licet ſimpliciter Bar. ſequatur eius conſi.lxxvj.

f ¶ Generali. Adde qualiter procedat libellus in generalibus Ang. conſi.ccxxv. Et ad dicta Bart. hic vide do. Mari. Sozi. in.c.ij. de libelli obla. arti.xij. verſi. circa ſecundum. & in.q.xviij. principali.

POMATES.

g ¶ Tamen in generali. Vide Cuma. conſ.lxx. verſ. vnanimiter.

POMATES.

h ¶ Iſtud verò. vide Alex. cōſi. xxj. īci. viſo ꝓceſſu cauſę litis. col. ij. volu.j. Feli.c.ij.col. xv. in fi. & ſe. v. reſtringē do iiij. de reſcr. vbi limita quatuor modis. Alio etiam mō limita, vt ꝑ Alex. l.ſi ita ſtipulat⁹.§. chryſogon⁹. in.vij. colū. de verb. obli. Adde etiā ad hoc Alexā. cōſi. vlt. ī.ij. vol. et cōſi.xix. vo.iij. & cōſi.j. col. vlt. iiij. vo. & cōſ.xliiij. col.iij. vol.iiij. cōſi. cxxviij. vo.j. & Fede cōſ.clix. & cōſi. clxxxvj. et Pau. de ca.l. p̄ſcriptio. ī pe. colū. C. ſi cōtra ius vel vti. pub. Rom. conſi.xxj. Feli.c.licet cām. colū. xiiij. de ꝓba. & Bar. cōſi. xciij. & conſi. cxiiij. Feli.c. auditis. col.ij. de p̄ſcriptio. Barb. cōſi.v. col.v. vol.ij. Alex. l.j. col.ij. de lega.j. Imo. cōſi. cxcij. in j. col.

✱ ¶ Pro concordia. Aduerte, ꝙ quando petunꝫ fructus officio iudicis, ſecundū.d. Iaſo. in.§. oīm inſti. de ac. eſt neceſſe, ꝙ exprimaꝫ certa q̄titas ī libello. Ita all. Bar. in.l. ex diuerſo.§.j. ff. de rei ven. Contrarium tamen allegatur, hic vbi dicit, ꝙ non eſt neceſſe ꝙ exprimatur quantitas. Sed ſi bene aduertatur Bart. non meretur argui de cōtrarietate. Nā ī.d.§.j. loquiꝫ, qñ fruct⁹ petuntur acceſſorie ad rem: quo caſu debet exprimi, intelligēdo etiā qñ officio iudicis &c. vt.ſ. Sed in.d.l.j. per ſua verba p̄cedētia intelligiꝫ qñ principaliter petuntur. Dum dicit, propter inuaſionem: quia tunc res & fructus ibi exiſtentes peti poſſunt ex probatione priuilegiata: quia iuramēto ſtaꝫ inuaſi. per.l.ſi quando. C. vnde vi. Ita Cy. in.l. certum. in fin. C. de rei vend. Et intellige Barto. in.d.§.j. de fructibus præteritis: ſecus de futuris. Imol. in.l. ſi filius. in prin.ff. de rei ven. Inn. in.c. grauis. de reſt. ſpo. Imo. in.l. ſi homo. ff. de rei ven. Panor. in.d.c. grauis. col.fi. Adde ad not. per Bald. nouiſſi. in l. apud Iulianum.§. fructus. de leg.j.

tus,& deliberare an velit cedere,vel cōtēdere. Ita vi-
deť casus.in.l.ex diuerso.§.j.j.de rei vēd.& Inno.tan-
11 git in.c.ij.extra de lib.obl. ¶†Quero si reus dicit se
non esse clarū ex designatione facta in libello : vtrū
possit petere rem sibi ad oculū demōstrari.dic ꝙ sic.
ar.j.de publ.l.si cū exhibuissent.& quod no.in.l.ij.§.
si ex noxa.cau.agatur.& extra de app.c. significanti
bus.& hoc de primo , scilicet circa designationē rei.
¶Veniamus ad causam.†Causa dicit gl.debet esse
talis,ex qua sequať cōclusio:aliâs non procederet li-
bellus,vt puta peto à te centū:qa Rex est in Frācia,
nō concluderet.Istud est verum dictū:quia si in iudi
cio probaretur alia causa , ꝗ quæ deducta esset in li-
bello,non sequeretur condemnatio : vt.l.habebat. in
prin.j.de insti.& si mensor fal.mo.dixe.l.j.& per In-
no.in.c.ex parte.de priuileg. ¶Sed quero , qualiter
debet ista causa exprimi in libello. Gloss.sic distin-
guit,aliter in personali:aliter in reali. & bene . pleni⁹
in.l.& an eadem.j.de except.rei iudicatæ.¶Sed cir-
a ca hoc[a] est aduertendū†quia non est necesse , ꝙ ex-
13 primať causa cū omnibus qualitatibus suis. Sufficit
enim dicere.Peto cētū,quæ mihi relicta sunt in testa
mento.Non habeo necesse dicere testibus subsigna-
to &c.quia cū dicitur testamentum : intelligitur ritè
factum:vt.l.nō putauit.§.nō quæuis.j.de contratab.
& quod no.C.de iuris & fac.igno.l.si post diuisionē.
Et ideo dicit Inno.si peterem centum à monasterio,
quæ sibi mutuaui:non habeo necesse in libello dice-
re , ꝙ est conuersum in sui vtilitatem : quia dicendo
mutuaui : intelligitur de mutuo , quod bene valeat.
14 Ita not.in.c.iij.extrà de lib.obla.¶†Itē est aduerten
dum:quòd in istis libellis super ciuilibus actionibus
formatis:non est necesse, ꝙ inserať locus & tempus:
sed solum in criminalibus hoc habetur : in.l.libello-
rum.de accusa.probatur in.c.Abbate sanè . extrà de
b re iud.li.vj.¶Quod est verū , qñ agitur ciuiliter[b] ex
contractu , vel quasi:vel alia actione,quæ non infa-
c mat:secus si esset actio ex delicto,quę infamaret:[c] vt
l.item exigit.j.de dolo.&.l.pretor edixit. in princip.
&ibi dixi.j.de iniur.& est expressum extrà de pro-
cur.c.tuę.dixi etiā.j.ad legem aquil.proinde.¶Quę-
d ritur,[d]†quid si libellus proponatur generaliter cau-
15 sa non expressa:an procedat iudicium,si non oppo-
e natur[e].Glo.ꝙ sic,& bene tex.est in.l.fi.de annali ex-
cep.& est expressum in.d.c.Abbate sanè.de re iudi-
16 ca.lib.vj.¶Quero in personali,†vtrum debet expri
mi cā proxima ? verbi gratia.Dico ꝙ mutuaui tibi
centū.an debeam dicere, ad quę es mihi obligatus.
ideo peto te mihi cōdēnari &c. Quidam dicebāt, ꝙ
sic:vt.l.obligationum substantia.j. de actio.& oblig.
Doctores determināt cōtrariū.Sufficit enim ꝙ cau-
sa exprimatur taliter, ꝙ pręsumptiuè concludat , vt
l.omnes.§.Lucius.j.de his quę in frau.cred. Facit ad
f hoc insti.de repli.in prin.¶Vidimus[f] de re & de cau
sa:videamus de actione.Circà quam primo esset vi-
17 dendum,†vtrum causa & actio sint idem.Glo.deter
18 minat ꝙ non,& bñ.¶†Secundò , vtrū quis habeat
necesse exprimere nomen actionis in libello?Glos.
hic disputat.Breuiter decretalis approbat,ꝙ actio de
necessitate non proponatur in libello:vt in.c.dilecti.
extrà de iud.& ita obseruat cōsuetudo.Sufficit enim
g ꝙ libell⁹ ita proponať,ꝙ ex eo resultet actio.[g] ¶Sed
19 quæro,†pone,ꝙ cā & cōclusio sint optimè:sed actio
ineptè fuit expressa.verbi gratia.Dico,ꝙ vendidi ti-
bi fundum pro centū, & tradidi:& centum non sol-
uisti:quare peto te cōdemnari ad centum:& ad hoc
propono actionem ex locato : an ex hoc sequatur
h condemnatio.[h] Text.videtur ꝙ non infrà si mensor
fal.mo.dixe.in.l.j.§.j.& gloss.hoc hic videtur tenere
in fi.ibi,sed certè satis videtur &c.Contrarium vide-
tur tenere Inno.extrà de iudi.c.examinata.Quod vi
detur verū.Probo sic:si nullam actionē expressisset,
iudicium procederet,vt dictum est : ergo multoma-
i gis ꝓcedit si eam ineptè proposuit.[i] Istud probatur
argu.C.de rei vxo.act.l.j.circà prin.Respon.ad.l.j.si
mensor fal.mō.dix . qa ibi ꝓposuit actionē ineptā
& causam ineptā.&hoc tenet ibi gl.parua sup ver-
bo ex locato.ꝗ dicit actione locati , & eius causa ex-
20 pressa.¶Quæro, †quid si ex libello resultant plures
actiones?Glo.hic dicit, ꝙ tunc actor cogitur eligere
vt in.l.ꝙ in herede.§.eligere de trib.Quòd intelligunt
doc.qñ resultāt plures actiones spāles, vt. d. §.elige-
re.sed si vna specialis,alia generalis,vt.l.certi condi-
ctio.in prin.j.si cer.pe.videtur intētari specialis .arg.
l.hoc legatum.& l.idem legato.j.de leg.iij . & docto.
in.l.edicta.C.de edendo.

SVMMARIVM.

1 *Acta iudiciorū debent edi cum die & consule.*
2 *Acta,an ueniant appellatione instrumentorū:remissiuè*
3 *Editionem actorum,quilibet,cuius interest,petere potest,*
Et si aliquis est excommunicatus ad mei instantiam in curia episcopi,cuilibet,cuius interest,datur copia excommunicationis.
4 *Instrumentum cōmune debet edi cum die & consule.*
Instrumentum commune quod dicatur.
5 *Instrumentum propriū editur cum die & consule.*
6 *Editio instrumenti alieni,quādo fiat cum die & consule?*
7 *Actor reo,& reus actori,quādo edere teneatur?*
8 *Edere quanā actione,quis cogatur? & an aduersarius possit uti instrumento producto per partem:& an locus, nomina testium,& notarij edantur?& differentiam inter rationes & instrumenta.remissiuè.*

Editiones. ¶Instrā debent edi sine die
& consule : in rationibus ve
rô secus.h.d.Glo.continuat hūc.§.& primò loquitur
in instrumentis publicis.Secundò in priuatis. Secun
da ibi,rōnes.Tñ hic est vna magna gl. quā declara-
bo bñ,& breuiter.¶Op.ꝙ qs non debeat edere iu-
ra sua aduersario:vt.l. qui accusare. C.eo. Sol. fateor
ꝙ reus non edit actori ad fundandam intentionem
actoris,vt ibi:nisi illa instrumēta qb⁹ vsurus esset re⁹:
vt.j.ea.l.§.edēda.Actor verò bñ,edit reo ad exceptio
nem fundādam secūdū quosdā,de quo statim dicā.
Vñ glo.pro declaratione huius materiæ distinguit.
Nos de quolibet membro faciamus vnā quæstionē.
1 ¶Et primò q̃ro,†vtrum acta iudiciorū debeant edi
cum die,& cōsule.Gloss.dicit ꝙ sic:vt.C.e.l. is apud
quē & melius in.c.quoniā cōtra.& ibi gl.in verbo lo
ca & tpa.de ꝓba.de actis enim non habeť aliqd in
hoc tit.sed solū de editiōe instrumentorū,rationū,vl'
2 actionū.¶†No.scd'm istā gl.ꝙ appellatiōe instrō-
rū,nō cōtineneť acta:cū ponanť vt duę species sepa
ratæ de hoc dixi i.l.in fraudē.§. neq; instrā. de iure
fisci.¶Quero iuxta hoc : ad qd petiť editio actorū
fieri?Gloss.ponit hic aliquos casus.Idem nota.in.l.is
k apud quem.in.j.glo.C.eo.¶Ego[k]†puto indistinctè
3 ꝙ oīs [l] ille,cuius interest,pōt petere, vt sibi fiat co-
l pia actorū publicorum,per tex.in.d.l.is apud quem.
& ibi no.Cy.q tex.generaliter loquiť.& per.l.in frau
dē.§.neq; instrā.de iure fis.Vbi est speciale, ꝙ con-
trà fiscū non edanť acta:sed cōtrà quēlibet aliū.Pro
pter qd' dico,ꝙ si aliqs excōicatus est in curia epi,ad
mei petitionē:quòd copia illius excōicationis debet
dari cuiq;,cui⁹ interest.ar.ꝓ hoc.j.de postu.l.ex ca.&
4 quòd ibi nota.¶Quæro,†quando peto mihi edi in-
strumēta cōia inter me & te,qualiter edentur?Dicit
gl.cū die & consule:vt.j.fami.ercis.l.si quę.&.C.eod.
l. procura.Illud intellige in instrīs cōibus respectu
dñij:vt instrā hæreditaria inter duos hæredes.sed si
instrm esset tuū ꝓpriū respectu dñij:cōe mihi & tibi
respectu vtilitatis:puta instrumentum empionis,in
quo continetur,ꝙ tu emisti rem, & mihi promisisti
pretium:tñ illud, Tu collegisti de propria pecunia à
notario:tūc non dicitur commune ad hoc,vt edatur
cum die & cōsule.Ita tenet Innoc.extrà de ꝓba. c.j.
5 ¶Quæro,†aliqs petit sibi edi instrā propria . certè
sine dubio fit editio cū die & cōsule:vt.j. ad exhibē.
m per totum.¶Quæro,[m]†quid si aliquis petit edi sibi
6 instrumentum alienū?Hic dicit glo.ꝙ est cōsideran
da causa quare petit:quia aut qs petit, vt de falso re-
darguat:aut petit,vt videat & deliberet, vtrum fa-
ciat pro producente:aut petit,vt inde fundet inten-
tionem suā,vel exceptionē,vel replicationē. Primò
casu debet fieri editio cum die & consule:vt. l. opti-
mam.in fi.C.de contrahen.& cōmit.stipula . Quòd
est verū,si vult redarguere circà diem & cōsulē.& de
hoc debet interrogari solenniter . ita dicit gloss. &
Spe.in ti.de instru.edi.§.ostēso.in illo.§. videndū in
versicu.facienda.vbi tractat qualiter instrā edantur.
Dicit enim ꝙ debet sibi deferri iuramentū,qd' ipse
credit ꝙ

POMATES.

a ¶Sed circa hoc. vide de Matthe. notabili.xj.inci.no.ꝙ ī libello.Fe.c.sicut.co.ij.vs.fallit.vij. de re iud.& feli.c.literas. col.fi.de pręsump.

b ¶Ciuil'r.Adde oīo vidēdū Ro.cōs.cx.j.An aūt ad impugnādū testamētū vsurariū sit necesse apponere locū, vbi extorsit vsuras & tp̄s.quo extorsit & à qb⁹, vide Bal. cōsil.lxxxiiij.lib.j.

c ¶Infamaret . Adde Rotā deci.xxxviij. in nouis.inci. ī actione iniuriarū.

POMATES.

d ¶Quæritur. Vide Raph.Cōmē. cōsi. lxxvij.et aliqd per Barb.cōsil.viij.col. iij.vo.ij.et cōs.xvij. ī.ij.col.eo.vol. cōsi. xxvij.co.iiij.ī prīc. & consi.lviij.col.ij. eo.vol.vide Ias.l.vi nū ī vlt.char.col.ij. ff.si cer.pet.

e ¶Queritur quid si libell⁹.Adde.l.fi.C. de an.excep . vide gl.ī.l.si ī rē.j . de rei vē.& ibi Ang.et vide tex.ꝓ opi.bar.ī c.fin.de libel. obla. vbi opus est exceptiōe & appellatione. & est tex.aure⁹ & melior,quā alibi in.c.Abbate.§. sec⁹ de re iu.li.vj. And. Barba.

POMATES.

f ¶Vidimus. Vide Pañ.cōsi.vij.vol.j. & cōs. viij.ī.j.col.e. vol.ꝓpositū quo iure col.fi.viij.distin. Paul.l.edita.C . eo. ī pri.Ro.cōs.ccxlv. aliàs.ccc.

POMATES.

g ¶Actio . Vide Matthesi . notab. x.Pañ.cōs.lxxxix. ī.ij.col.i.j.vol. &c. examinata.v.colū. & duab⁹ seq.de iudi.& op.Bartol . & Imo hic seqť Ro . ī rub.C.q admit . licet Bart.variauerit in.l.edita.C.e . &.l. ij.C.de formu.&.l. certi condictio.j.si cert.pet.&.l.per diuersas.C. ad Maced.Et istud īducit ad ea ꝗ no.gl. ī vb. transitu.§.multi.insti.de lib.&.l.qui testamento.§. per cōtrariū.ff.de test. & vide Alex.cōsi.xc. vj.vo. iiij. et consi. cxlj.vol.ij. Cuma. cōsi.xlij.& cōs.lx. Alex.cōs.xcviij.in j.col.iiij.vol.

POMATES.

h ¶Cōdēnatio.Vide melius quā p aliū Ias.vbi examinat hoc in.l.edita.col. ij.C.eo.

POMATES.

i ¶Proposuit.Vide notabile dictū bal. in ꝓposito.l.certū circà.ix.col. C . vñ legi.seqť.& cōtrariū dat Decius in.l. quādiu.C.qui admitti.

POMATES.

k ¶Ego.vide Feli.c.j. versi.fallit.j.de probatio.

l ¶Omnis. Adde videdum Ange.consi.clxiiij.

POMATES.

m ¶Quæro. Vide Alex.in.l.q accusare.in prin.C. eo.

credit, ꝙ possunt redargui de falso, circa diem & consulem. Et innuit, quòd debeat se subscribere ad pęnã talionis antequã fiat sibi editio. Pro quo. C. de fid. instru. l. si veteris. & l. fi. Secundo casu, [a] qñ peto mihi edi, vt deliberem super eo, editio debet fieri sine die & cõsule: vt hic. ¶ Sed hic insurgit dubiũ: qđ si deliberari non possit, nisi edatur dies: puta vnus creditor agit contrà alium hypothecaria: reus non potest scire, qs est potior in tempore, nisi videat diē? Certè videtur, quod sibi debeat fieri editio. argu. hic in ỽsi. rationes. In cõtrariũ videť tex. hic ibi, ne quid prolato die fiat. Posset anim secundus creditor instrumentum falsificare prolato die. Puto autem, quòd si secundus creditor diceret diem obligationis suæ, & peteret copiã diei obligationis aduersarij, cum tunc cessaret suspicio: ne quid fiat prolato die, quòd deberet sibi fieri copia: quia aliter debitor deliberare non posset. Aduertendum tamen est, ꝙ in hoc fuit aliqua opi. inter Io. & Azo. Nam dicebat Ioan. quòd instrumenta, quibus quis in iudicio vsurus est, debeant edi omnia etiam cum die, & consule, vt. j. ea. l. §. edenda. Azo. dicit cõtrarium. & ita tenet gl. & ita obseruatur. ¶ Ter-
7 tio casu, † quando petitur editio instrumentorum, quibus quis non vtitur: aut petit pars ad fundandã intentionem, exceptionem, vel replicationem suam. In hoc fuerunt opi. inter Ioan. & Azo. quæ opi. habent originem ex intellectu. l. fi. C. eo. Dicebat enim Inn. quòd reus non edit actori ad fundandam inten-
b tionem suam: [b] sed actor bene edit reo, ad fundandã exceptionem suam. Prædicta vera, nisi quis sit vsurus instrumentis: tunc illa debent edi sine dubio, vt infrà. eod. l. edenda. Azo dicit contrarium: quòd nec reus actori, nec actor reo edit: nisi instrumenta, quibus vsurus est. Et leges alleg. per Ioã. intelligit in ra-
c tionibus. Gul. de cug. [c] in ista materia dixit melius, quam aliquis alius: & dixit sicut text. in. l. fi. C. eo. dicit, quòd actor non debet assumere initium suę petitionis de domo rei. Et ideo dicit, aut actor petit à reo ad suam intentionem principaliter fundandam: & non fit editio, vt. l. qui accusare. C. eo. & l. fin. Aut ad actionem propositam adiuuandam. Verbi gratia: actor petit fundum. Reus dicit: fundus non tantùm extenditur, quantùm tu petis: certè quo ad adiuuandã istã intentionē iam probatã, reus edit actori: vt. l. titius heres. & l. creditor. j. de act. empt. & j. de leg. iij. l. qui concubinã. §. cum ita. & l. prędijs. §. titio. Aut petit actor sibi edi ad replicationem fundandã, & reus tenetur sibi edere, vt. l. pe. §. fi. ad. l. fal. vbi est casus & alleg. in glo. in. l. vlti. C. eo. Cui legi Iac. but. videbatur respondere, dicens. Quòd ibi edũtur instrumẽta tanquàm corpora hęreditaria, non tanquàm instrumẽta rei. ¶ Sed opin. Gul. satis placet per id, quòd infrà dicam statim. Si verò reus petit ab actore ad suã exceptionē fundandã, debet sibi edi, vt. l. fi. C. eo. Quòd ꝓbo per. l. dissolute. C. de cõdi. sine cau. & l. qui tabulas. j. de fur. Potest enim reus petere, ꝙ sibi edatur instrumentũ cancellatũ, vt possit probare exceptionē suã. Et per hoc dico, ꝙ actor põt petere à reo ad fundandã replicationē suã, eadē ratione. ar. C. de fi. instr.
8 l. plures apochis. ¶ † Quero, quo iure quis cõpellať edere? Dic vt in glo. ¶ Quero, quid si aliquis ꝓducit instrumentũ cõtrà se: nunquid aduersarius possit eo vti? Dicit gl. ꝙ sic. j. ea. l. §. edẽda. ad similitudinem testiũ. ¶ Vltimò qrit gl. dies vel cõsul nõ debēt edi: an edãtur locus: nomina testiũ & notarij. Dic vt in glo. ¶ Item quero, quæ est differentia, seu ratio diuersitatis inter instrumenta & rationes? dic vt in glo.

SVMMARIVM.

1 *Editio non solum ante, sed etiam post litem contestatam fit,*
2 *Libello proposito si dico sententiam nullam, quam peto, ut producas: si non uis illam producere, iudex pronunciat, ꝙ si quo tempore appareat, quòd sit nulla.*

d **Edenda.** [d] ¶ Not. quod parti debet fieri copia de omnibus, quæ in iudicio producuntur. ¶ Oppo. quòd etiam ea, quibus quis non est vsurus debet edere. l. fi. C. eod. Solu. intellige hic, non eduntur actori ad suam intentionem prin-
1 cipaliter fundandã, vt dixi suprà tit. proxi. ¶ † Quero, quando debet fieri ista editio. Quidam [e] dicunt, quòd in princip. vt ibi dum dicit editurus est. glossa

POMATES.
a ¶ Secundo casu. vide Feli. c. j. xiiij. col. & seq. de proba.

b ¶ Suam. Adde nisi ex magna cã, vt voluit Spe. in tit. de ĩstru. edi. §. vidẽdũ restat. v. ex ꝓmissis collige ĩ fi. et hoe dictũ sequiť Ro. cõs. cccxviij. Ro. decis. cij. Quæ aũt sit magna cã, vide Ro. & Ioan. an. in addi. ibi ad Spec.

c ¶ Guil. de cug. & ita tenet etiã Bart. in. d. l. fi. C. eo. & vide do. Abba. in. c. j. de proba. Andr. Barb.

POMATES.
c ¶ Gul. de cug. vide Feli. c. j. xij. col. v. fic. fallit. x. de ꝓbatio.

POMATES.
d ¶ Edenda. Intellige & amplia ꝓcedere etiã si producens protesteť, qđ vult tantũ in parte & partibus pro se facientib[9]. Ita Bal. i. l. j. col. ij. C. vt que desunt aduo. vide Feli. c. ij. colũ. vj. de proba. Alex. l. ij. C. eo. tit.

determinat cõtrariũ, & bene: ꝙ etiã post lit. contest.
e ¶ Sed qro, [e] ego † dedi vnũ libellũ dicens sñiam, quã
2 tu obtinuisti cõtra me, esse nullam: in processu causæ peto, quòd tu ꝓducas illam sñiam, cũ ego illam non habeã. Tu nõ vis ꝓducere: qđ fiet? dicit Inno. ꝙ non cogeť ꝓducere: sed iudex ꝓnuntiabit, ꝙ si quo tpe talis sñia appareat, sit nulla: vt extrà de fid. instru-
f men. c. g. ꝑpetuus. [f] Pro quo facit. C. de fid. instr. l. iij. vbi fides instrumẽtorũ, si in dubiũ reuocať: & quis eo non vtitur, de cætero vti non potest.

SVMMARIVM.

1 *Particula instrumenti & statuti, an ꝓducatur, uel totum?*

1 **Edere.** ¶ No. † ꝙ si ꝓduciť vni[9] instrumenti particula, nõ facit fidē. Idē, si ꝓduciť particula vni[9] statuti. casus est. s. de leg. l. inciuile. vbi est vtraq; lec. In cõtrariũ videť. j. eo. l. argẽtari[9]. §. edi.
g Et quòd videm[9] tota die de particulis [g] testamẽtorũ quę danť legatarijs, & tãgiť ꝑ docto. in. l. fi. C. de pci. impe. offe. & de oper. no. nun. super rubrica &c.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentũ de quo est facta mẽtio in libello, debet edi ante lit. contest. nisi esset etiam penes reum.*

Illegatum. ¶ Duob[9] modis legiť in glosſ. Scđ'm primũ modũ, hic est casus notabilis qõnis: aliqs fa-
1 cit in libello mẽtionē † de aliquo instr̃o: vtrũ istud instr̃m debeat edi añ lit. cõte. Inno. ꝙ sic. extrà de ꝓb. c. j. idē Spe. in ti. de ĩstru. edi. ĩ illo. §. vidẽdũ. vbi tractat qñ instr̃a sunt edẽda. Tu dic distinguẽdũ esse: an faciat mẽtionē de istr̃o, quod debet eē penes actorē: & nõ debet sibi fieri copia: vt hic al' sic. dixi plenè in. l. edita. C. de eden & in. l. postquàm. §. pe. vt le. no'. ca.
h **Nequispiam.** [h] ¶ Lex ista legitur duob[9] modis Scđ'm vnã lec. cõtinet ius spãle. ꝙ fisco ediť ad suã intẽtionē fundandã: secũdum altã ꝙ fisco ediť ad suã replicationē fundandam.

Prætor ait. ¶ Priò ponit editũ. Scđ'm illud ex ponit. scđã ibi, hui[9] edicti. Quærit gl. q sunt isti argẽtarij? Certè non sunt cãpsores, de qbus loqtur. l. quædã. §. nũmularios. j. eod. Sed erant quædã, qui argẽtum tractabãt, vt dicit gloss.

SVMMARIVMM.

1 *Dictio quodãmodo est nota impropriet atis.*
2 *Editio instrumẽti, quæ fit à notario parti, ad cuius utilitatem Pertinet instrumentum, quod fit cum die & consule.*

Huius edicti. ¶ Summabo infra per modum, cuiusdam distinctionis. & primò cõmendat edictũ. Secundo loquitur in filio exercẽte argentariã, in cãm peculiarem. Tertiò loquiť in seruo filiť exercẽte in cãm non peculiarē. Quartò loquitur in seruo exercẽte in causam peculiarem. Quintò loquiť simplr in oēm causam. Secunda ibi, sed & filius. Tertia ibi, sed si seruus. Quarta ibi, sed si seruus peculiarem. Quinta ibi, sed si dñs. ¶ Opp. ad tex. dũ dicit quodãmodo in eum. Contrà in prin. huius leg. vbi diciť, qđ rõnes ꝑtinent
1 ad ipsum argẽtariũ nõ ad petẽtem. Solu. hic † apponitur dictio quodãmodo, q̃ est nota ĩproprietatis. q. d. nõ verè meũ. Si. e de libe. & posthu. l. in suis. j. rerũ amo. l. j. in fi. & l. seq. ¶ Oppo. j. eo. l. si qs ex argentarijs. §. ꝑtinere. Sol. hæc suppleť ꝑ illã: poneť enim ibi alia ratio: quare editio debeat fieri. i. quia sunt confe-
i ctæ me mãdante. Ad id [i] oppo. glo. ergo semper in-
k strumenta debent edi cũ die [k] & cõsule: quia semper
l fiunt partibus mandantibus [l]: vt in authen. de tabel. §. non tñ. Sol. dicit gl. duæ rõnes requiruntur copulatiuē. vna qđ contineat vtilitatē petentis: alia qđ sit factum istr̃m eo mãdante. Et ideo licet vtraq; pars
m mandet notario, potest esse, qđ vnius [m] vtilitatem tantùm continet: & sic alteri nõ ediť, qđ placet. Di-
2 cas ergo, quędã est editio, quę fit ab ipso publico officiali, qui cõfecit librũ rationum, seu instrumentorum: & illa fit ei, cuius vtilitatē cõtinet: & quo mandante sunt confecta, vel alteri qui repræsentãt eius personã: vt. d. §. ꝑtinere. & fit semper cũ die & cõsule ꝑ hãc legē in princi. Quędã est editio, q̃ fit à parte parti, & tunc illa non fit cum die & consule: vt. l. prima. §. editiones. s. eodem. intelligendo, vt ibi dixi

e ¶ Sed quero. vide Bar. & ad q̃ remis. in. l. is apud quē. C. eo. Andræ. Barba.

f ¶ Perpetu[9]. Adde post do. Ias. videndũ Fede. cõsi. ccij.

POMATES.
g ¶ De particulis. Adde tñ ꝙ si exemplũ edereť iudici: ꝙ debet totũ edi. Cy. & Bal. & Ang. l. j. C. de prę. impe. offe.

POMATES.
h ¶ Ne qspiam. Iste tex. nõ ꝓbat id, ad qđ cõtra allegať, secũdũ primũ ĩtellectũ Bar. hic. s. ꝙ fisc. ederť ad ĩtẽtionem fundandã: vñ vide subtiliter Deciũ l. fi. v. col. ver. inquãtũ. C. eo. & vide eũ dē versiſta fallen. vbi dat sex limitatiões. Et adde qđ ista lex ꝓcedit etĩ dote ita Roma. in l. j. ff. sol. mat. & ibi ꝑ Alex. pe. colum.

POMATES.
i ¶ Ad id. Vide cuma. consi. lxxxiij.

k ¶ Cũdie. Adde in quãtũ do. Alexã. hic ponit, ꝙ priuata scriptura nõ reqrit diē aliter loqē in apostilla ĩ proe. C. in prin. & ibi vide.

l ¶ Partib[9] mãdantibus. Adde post d. Ias. anq̃; tũ ponit an notari[9] debeat esse rogat[9] ab ambabus ptib[9], Bald. cõsi. lij. v. li. vbi ponit an si creditor confiteať absente debitore sibi satisfactũ & præsente fideiuſ. fideiussor possit rogare notariũ vt de illa cõfessiõe cõficiat instrumentũ, & dic ꝙ sic.

POMATES.
m ¶ Vni[9]. Vide Fel. c. j. col. ix. ver. limita. extrà de ꝓbationibus.

¶Venio ad ver.ſed ſi filiꝰ.Quero vtrũ verſiculꝰ,ſed
& rectè.corrigat ꝓcedẽs dictũ? In glo.ſunt duæ opi.
ſecũdũ primã corrigit:ſecũdũ ſecundã non.Dic,ꝙ
ſi intelligas primũ caſum patre ſciẽte,& volẽte:tunc
per ſecũdũ non corrigit̃:ſed ſecundũ loquit̃ in patre
approbãte tacitè.primũ in volẽte expſſè: & ſic ſunt
diuerſi caſus.Si intelligas primũ in ſciẽte tantũ, tunc
determinat̃,ſeu corrigit̃ per ſequẽs. ¶Venio ad ỽſi.
ſed & ſi ſeruus.& qa iſte verſi.cõtinet multa dicta:ſic
ſumma.Aut dñs habet rõnes confectas per ſeruũ:&
indiſtinctè tenet̃:vt hic,in fi.§.Aut nõ habet eas, vel
dubitat̃:& tunc aut ſeruus exercuit argentariã extrà
cauſam peculiarẽ,aut in cauſa peculiari.Primò caſu,
aut dño ſciẽte & volente:& perinde tenet̃,ac ſi per ſe
exercuiſſet:vt in hoc ỽſ.ſed & ſi ſeruus.Aut dño igno
rante:& tũc dñs nõ tenet̃.Sed ſi dubitat̃, an habeat,
liberat̃ iurãdo ſe nõ habere,vt in ỽ.ſed ſi inſcio.Scd'o
caſu,qñ exercuit cãm peculiarẽ, tenet̃ dñs de pecu-
lio,vel de in rẽ ỽſo:vt in ỽ.ſed & ſi ſeruꝰ peculiarẽ. &
eadẽ diſtinctio eſſet adhibenda in filio,licet tex. non
ponat.¶Quero,qũo iſta actio det̃ de peculio,cũ ſit
ex delicto,vt.l.fi.j.eo.glo.ibi dicit,ꝙ hic eſt q̃dã actio
anomala.Tu dic,ꝙ hic fuit iuſſus à dño de edẽdo rõ-
nes.& ſic ipſe nõ edit:quia fortè ſeruus non vult ſibi
dare ipſe tenet̃ ad intereſſe de peculio, vel de in rem
ỽſo.Ita loquit̃ hic.vñ nõ agit̃ ex delicto ſerui:qa ſer-
uo non eſt factũ preceptum,ſed agit̃ ex inobediẽtia
dñi.Tñ quia illa cauſa cauſat̃ ex facto ſerui,nõ tenet̃
inſolidum:ſed de peculio,vel de in rem verſo.

SVMMARIVM.

1 *Vſuras exercere deſinens,ita tenetur reſtituere ,ſicut exercẽs: & comprehenditur in conſtitutionibus Epiſcopi.*

a Iſetiam.[a]No.argu.†ꝙ ille,qui deſijt exerce
1 re vſuras:ita compellatur ad reſti-
b tutionem,ſicut exercens:[b]& ita comprehendatur in
cõſtitutionibꝰ Epiſcopi : ſicut hic comprehẽderetur
edicto poſito.ſ.ea.l.in prin.Pro hoc.j.de ritu nup.l.pa
lam.§.non ſolum.in ar.induco non determino.

SVMMARIVM.

1 *Originale edendum quando non poteſt portari, iudex mittit ad locum perſonas ſufficientes,quæ illud uideant, & referant.*

1 Sedhoceſt.Quæro†quid ſi eſſet pericu
lum itineris apportare librũ
rationum de vna prouincia ad aliam:vel quid ſi por
tari non poſſit originale:quia eſt fortè in archino pu
blico:vñ nõ põt extrahi:& ſi produceretur exemplũ
nõ ꝓbaret,vt in authẽ.ſi qs in aliquo? Rñ. iudex de-
bet mittere ad locum ſufficientes perſonas.q̃ videãt
illud originale:& de eius effectu & ſubſtantia fidem
referant iudici,vt extrà de fid.inſtr.c. accepimus . &
l.iudices.C.de fide inſtru.

SVMMARIVM.

1 *inſtrumenta confecta à notario uili,quam fidem faciant.*
Inſtrumentum continens raſuras,& cancellationes, licet reddatur ſuſpectum:tamen ex ſubſcriptione ſcribentis corroboratur.
2 *Notarius, qui aliâs fecit inſtrumentum falſum,an poſſit inſtrumenta conficere remiſſiuè.*
3 *Notario ſuccedenti alteri notario,uidetur commiſſum à lege, ut inſtrumenta notarij defuncti extrahat.*

Siquis.
Cogentur.[c]Succeſſor tene-
c tur hoc edicto ſci-
licet ille,qui poſſidet, ſiue ſit vnus,ſiue plures. Idem
in pluribus tutoribus hoc dicit.Innuit hec lex, quòd
ſi vnus hæres eſt humilis, & deportatus: quia fortè
aliâs fecit multa falſa,quòd poteſt inſtrumenta con-
ficere:licet ei non ſic credatur.¶Cõtrà.C.de ſuſcep.
& archa.l.ſi aliquid.ſol.dicit glo. fateor contrarium,
quòd non poteſt inſtrumenta conficere, ſi in officio
deliquit.Non obſt.hic,quia poteſt intelligi, qd' erat
aliâs vilis,non quod in tali officio deliquiſſet:ſi aliâs
in ſimili officio deliquiſſet, ſtatur huic editioni pro-
pter authoritatem aliorum cohæredum ſubſcriben-
d tium,[d]non propter ſe.Verum hic aſſume,†qd' qñq;
1 notarius eſt vilis,[e]propter aliud delictum non cõmiſ
e ſum[f]in officio:& tunc valent inſtrumenta ſua, licet
f tanta fides non adhibeatur, quę tamen fides ſupple-
tur ſi alius ſe ſubſcripſit.Qñq; notarius eſt vilis: quia
deliquit in officio:& de hoc eſt cõdemnatus:& tunc
inſtrumenta ſua nõ valent:vt.d.l.ſi aliquid. ſed pñt
ſumere effectũ ex ſubſcriptionibus aliorũ notarioꝝ
vt hic.Qñq; ſcriptura non eſt ſuſpecta reſpectu per
ſonæ edẽtis,ſed ex forma ſui,qa habet cancellatiões,
vl' raſuras:& tũc licet reddat̃ ſuſpecta:vt.l.ſi.C.de edi. d
diui adri.tol.tñ nõ põt corroborari ex ſubſcriptione
ſcribentis,ſi illis raſuris & interlineaturis fidem im-
ponat:vt.l.j.ĩ.de his,quæ in teſta.delen.Et hæc tria vi
2 detur tenere gl.hic.¶De notario † aũt,qui aliàs fe-
cit falſum inſtrm,dic vt extrà de fid.inſtru.c.ex lite-
ris.& de hære.c.fraternitatis.p Innoc.dixi in.l.iij.ĩ.ad
3 leg.iul.repe.¶Vltimò ſcias,†ꝙ decretalis extrà de
fid.inſtru.ca.cum.p.tabellio.dicit, ꝙ mortuo tabel-
lione inſtrumenta eiꝰ cõmittunt̃ vni alteri notario:
vt inde aſſumat & cõficiat publicũ inſtrm:ſed p hãc
leg.videt̃ expreſſum,ꝙ ſi vnus notarius ſuccedit al-
teri tabelliõi,videt̃ ſibi à lege cõmiſſum,vt inde ſu-
mat & conficiat publica inſtrã.& ſi ſunt plures oẽs
debent ſe ſubſcribere. Idem in pluribus tutoribus.
Idẽ in eo cui teſtator donauerit,vel legauetit ſuos ro
gitus,vt.j.eo.l.quædam.§.is autem.

Exigitur.¶Qui petit editionẽ,debet iura-
re de calumnia.h.d.

Rationem.¶Illa ratio eſt edenda, quæ
ad argẽtariã ptinet: ſecus in
inſtris ex alia cã cõfectis.h.d.Gl.intelligit hunc.§.qñ
in libro continetur vnum factum tantũ, non debet
dici liber rationum,nec debet edi:ſecus ſi plura. Tu
dic,ꝙ hoc non eſt conſiderãdum:ſed aut illud quod
ſcribitur deſcendit ex argentaria:& illud cogitur ede
re,aut venit aliũde,vt ſi accepit pignus,vel manda-
tum ex alia cauſa,& iſtud nõ cogit̃ edere.h.d.expreſ
ſe.tex.hic.hoc enim.Quid enim,ſicut faciunt multi,
ſi in vno libro ſcripta ſunt accepta,ĩ alio ſcripta ſunt
tantũ data?ſcd'm gl.nõ debet fieri editio,quòd eſt cõ
gruum.dic ergo vt dixi.

Exhocedicto.¶Quæro quo iure
petat̃ editio?Dicunt
quidam per actionem in factum.Tu dic ſecundùm
gl.& bñ,quòd petitur officio iudicis,& ſi ei non pa-
retur, tunc datur actio in factum,vt hic.ſ.eo.l.j.§.edi
tiones.in glo.magna.

Pertinere.¶Not.ꝙ ad eum pertinent ra
tiones,cuius mandato ſunt cõ
fectæ quòd intellige ſi eius vtilitatẽ continẽt : vt no.
in.l prætor.ſ.eo.¶Itẽ no.ꝙ ſufficit eſſe factũ mandã
te ꝓcuratore meo,idẽ intelligas,ſi alius mandauit,cu
ius perſonã repræſento.Exemplũ:ego ſum creditor.
habeo obligata bona debitoris,poſſum petere vt in c
ſtrumenta mihi exhibeant̃ à quolibet notario .argu.
huius.§.&.j.de bo.autho.iud.poſ.l.fin.

SVMMARIVM.

1 *Dies appoſitus in una ratione,intelligitur cõmunis ad oẽs ſequentes.& in repe.nu.1.*
2 *Dies appoſitus in medio libri inſtrumentorum, intelligitur repetitus in ſequentibus.* f
3 *Dies appoſitus in fine libri,refertur ad præcedentia,ſi hoc exprimatur,aliâs ſecus.*
Subſcriptio notarij appoſita in fine libri,refertur ad præcedentia,ſi hoc exprimitur.
4 *Tabularum appellatione uenit una charta,& plures & unus liber.& nu.18.in repe.*
Et ex colligatura cognoſcitur an ſit idem liber, & ſic ꝗ ſunt eædẽ tabulæ.nu.5.& in repe.nu.18.
6 *Inſtrumentum ſi in libro notarij reperitur cum die & conſule, & relectis aliquibus chartis non ſcriptis , reperitur aliud inſtrumentum ſine die & conſule,tunc dies appoſitus in primo inſtrumẽto,non intelligitur repetitus in ſequẽti.& in rep.nu.18.*
Idem ſi incipit ponere annos domini,& dimiſit ſpacium . & in repe.nu.19.
Idem ſi errore eſt appoſitus dies & conſul per errorem.
7 *Dies appoſitus in principio filze,quòd non intelligitur repetitus in alijs. & latius in repe.nu.22.*
8 *Locus & teſtes appoſiti in uno inſtrumento,intelliguntur repetiti in ſequentibus.*

Siinitium.Dies & conſul.poſiti in prin.
referuntur ad ſequentia,quæ
non ha-

POMATES.
a ¶Is etiã. Vide ad hoc Feli.c.j.cõl.xj. ỽſ.fallit.xj. de ꝓb. & p Alexã.ĩ.l.j.iiij. col.C.eod.bñ facit text.& qd' ibi not. Bart.ĩ.l.j.C.de priui.lib.xij. Ro.cõſil. ccccix.vbi videt̃ tenere oppoſitũ, & tex.ĩ.c.ferrũ.l.di. & ibi p̃poſi.& ibi ſup ỽbo ſepat̃. de hoc vide meliꝰ,quã per Bartol.in rubro de vſur. & qd' refert Alex.l.j.col.j.C.eo. vbi vide Iaſ.col.iij.

b ¶Sicut exercens. Adde an hæredes vſurarij cogãt̃ exhibere libros vſurarij: & quid ſi negẽt penes ſe illos habere,abb. conſi.cxiij. lib.ij.

b ¶Hoc idẽ de vſurarijs dicit Barto.j. ea.l.quedã.in prin. & ĩ.§. nũmularios. Limitat hoc dicit Bar.non habere locum, ſi vſurariꝰ reſtituiſſet vſurã,per c.cum tuas. in verbo donec.cum glo. de vſu. vide Alexã.in.l.j.col.j.C. de eden.

POMATES.
c ¶Cogẽt. Vide ꝓ intellectu huiꝰ leg. Bart.in.l.iiij.§. Cato.in.v.colũ. ff. de ỽb.ob. Et vide qd per iſtũ text. dicat Fel.ĩ.c. teſtimoniũ col.ij.ỽſi.ij.nota de teſti.c.j.colũ.iij. de conſtitu.Cepo.cõſi.iij.col.ij.& conſi. xxxix. colũ.ix. & Bar.conſil.xxix.& xviij.xx.col. vol.j. & cõſ.l. & cõſ.liiij. col.xv.e.vo. & cõſ. ſeq.col.xiij. Feli.c. j.colũ.v.de re iudi. Bart. conſi.xix. & xxiij.vol.ij.& cõſi. xxxvj.co.x.eo.vo. Ro.cõſ.ccxl.col.fi. Imol.cõſ. cxxxvj. & cõſ.cxlvij .ĩ.iiij. col.in fin.

¶Subſcribẽtium. Adde ꝓ hoc,quod voluit Ro. cõſi.cclxxxvj.quòd dictũ vniꝰ teſtis,nõ idonei ſupplet̃ p aliũ idoneũ.& poſt do. Iaſ. Adde qd' voluit Bald.conſi. cclxxxv.iiij.li. qd' ſi admittit̃ teſtis frater ꝓ fratre nõ facit ſemp plenã ꝓbationem. ꝙ illud eſt verũ,ſi ſolꝰ deponit. ſed vbi habet cõteſtẽ; tũc fratri põt deferri iuramẽtũ in ſupplemẽtũ ꝓbatiõis,p hũc §.Et qd' idẽ voluit cõſ.ccv.qd' valeat reuocatio teſtamẽti ſolẽniter facti,in quo nõ ſunt ĩſtituti venientes ab inteſtato, licet ĩ ſecũdò nõ ſint,niſi duo teſtes idonei, & vnꝰ frater heredis inſtituti & duę mulieres.vide tñ quod voluit Ang. conſi. cxxix.in facto proponitur.

POMATES.
d ¶Subſcribẽtiũ.Vide Iaſ.in.l.cunctos populos.col.xij.C. de ſum. trin. circa medium . vbi dat alias remiſsiones.

c ¶Villis.adde Pau. de ca.conſil.ccvij. Bal. conſi. cclxiiij. j.lib. Alexã.conſi. cxxxviij.

f ¶Cõmiſſum.adde Paul. de caſt. conſilio.lj.

non habẽt diem.h.d.Iste.§.poteſt duobus modis intelligi. Vno modo ꝙ in
prin.ſit poſitus dies & conſul,& intitulatio libri.& ſecundũ hoc nullũ eſſet
dubium,ꝙ illa dies eſt cõis ad oẽs rõnes ſequentes.& tunc tex.debet expo-
ni,ſi initium tabularũ habeat diem & conſulem . in quibus ſcilicet tabulis,
ſecundũ qđ hic innuit tex.dũ dicit,cõis enim &c.¶ Secũdò mõ põt intelli
gi,ꝙ in prin.libri ſit rõ Titij,q̃ habet diẽ & cõſulẽ:in qbus.ſ.diebus & cõſu
libus,fuit facta ratio illa:tunc poſſet dubitari,an illa dies & conſul appoſiti
in vno inſtrumento,intelligantur in ſequentibus repetita:quæ non habent
1 diem & conſulem.Et reſpondetur,ꝙ ſic.Licet† enim in vna ratione ſit po-
ſita dies & cõſul:tñ intelligiẽ cõis ad oẽs ſequentes : & ita cõiter intelligitur
iſte.§.& ſic obſeruatur:quòd placet,vt intelligatur eſſe prolata.ſ.in caſu du
a bij:vt.l.qđ labeo.j.ad Carb.Pręcedens verò lect.nullum haberet dubium.[a]
2 ¶ Quæro:† dicitur hic,ſi initium.quid ſi in medio eſt inſtrm̃,qđ habet diẽ
& conſulẽ.Poſtea ſequunẽ alia,quę non habent? Rñ.idem,quòd intelligaẽ
in ſequẽtibus repetitus,per rõnem hic poſitã ſecũdũ gl.quę dicit,cõis ratio-
nis.ſ.ſequentis.Pręthereà illud poteſt dici initium quo ad ſequẽtia. ¶ Secũ-
3 dò quęro†,quid ſi in fine ſit appoſita dies & conſul,vtrum referatur ad p̃-
cedentia.Glo.videẽ dicere,ꝙ non ex eo,quòd dicit.ſ.ſequẽtis. Dicas quod
dies appoſita in fine poteſt referri ad omnia pręcedentia. Si hoc exprimaẽ
dicendo acta fuerunt omnia ſupradicta &c.anno dñi &c.Eſſet enim cõis
poſitio diei & cõſulis ad oẽs rõnes,ſicut hic dicit de propoſitione,& eodem
modo de ſubſcriptione notarij,qui in fine libri,dicit ſe omnib⁹ interfuiſſe,
& rogatus ſcripſiſſe.Sed ſi hoc non dicereẽ ſtareẽ huic glo.vt dies poſita in
b ſubſequentibus ad præcedentia non trahatur.Maiorem[b] enim vim habent
pręcedentia ad determinationem ſequentium,quam ſequentia ad determi
nationem pręcedentium:vt.l.quiſquis infrà de leg.iij.& ibi not.&.l. filium.
& ibi no.j.qñ di.leg.ce.¶ Sequitur in tex.tabularum.quęro qualiter intel-
4 ligatur tabularum.Rñdeo† de quacũꝗ materia ſit,vt.l.j.circa princ.de bo.
poſ.ſecundũ tab.&.l.in cõmodato.§.ſicut.j.commo.Itẽ aduerte ex eo , qđ
dicit tabularum in plurali:non curo,ſiue ſit vna charta,ſiue vna tabula,ſiue
etiam ſint plures,quę tñ faciunt vnum librum,ſeu vnũ corpus:quòd appa
ret hic,dum dicit in eiſdem tabulis erant ſcriptæ rationes. Erant enim eędẽ
5 reſpectu compoſitionis , licet aliâs eſſent plures. ¶ Sed quęro,† quomodo
cognoſcam vtrum ſit idẽ liber,ſeu eædẽ tabulę? Rñ.ſi ſunt inuicem colliga
te:illa ligatura artificiali ex qua cognoſciẽ , quòd vnũ eſt volumẽ:& ſi mul
tę ligaturę eſſent diſtinctę:ſi tamen aliquid apparet,ex quo comprehende
retur vnum volumen eſſe:idem dicemus:vt.l.j.§.fi.j.de bo. poſ . ſecundùm
tab.Idem puto,ſi nullo modo eſſent inuicem colligatę. Sed apparet,ꝙ qn-
terni inuicem continuantur ex ſerie ſcripturæ.Sicut enim non refert , vtrũ
aliquid adunetur verbo,vel facto:vt.l.nihil intereſt.j.de adi.lega.Ita nõ re-
fert vtrum quinterni continuentur facto,vel verbo.Pro hoc videtur caſus.
j.de le.iij.l.librorum.§.quid ergo.ibi non conglutinati.Sed ſi eſſet omnimo
da ſeparatio:tunc non poſſunt dici eędem tabulę , nec intelligeretur facta
repetitio in ſequentibus,quin præcedentia non poſſint dici initium ad ſe-
6 quentia,cum ſint ſeparata omnino.¶ Ex hoc† etiam dico,ꝙ ſi in libro no-
tarij præcederet inſtrumentum cum die & cõſule:poſteà ſequerentur aliæ
chartę non ſcriptæ:demum ſequeretur aliud inſtrumentum ſine die & cõ-
ſule,quòd tunc primùm in ſequenti, non intelligitur repetitum. Apparet
enim,ꝙ notarius in medio volebat aliquid ſcribere,qđ omiſit:propter qđ
apparet,quòd non eſt continuatio ſecundi ad primùm,ſaltẽ de mente no-
tarij:& ſic nõ eſt cõmunis prępoſitio diei & conſulis ad ſequentia : qa fortè
in medio aliud poſuiſſet.Et ideo dico,ſi notarius incepit ponere annos dñi,
& dimiſit ſpatium:tunc enim apparet , ꝙ hic volebat ponere alium diẽ &
conſulẽ:& ſic prępoſitio diei præcedentis nõ eſt cõis. Idem ſi poſuiſſet diẽ
& conſulẽ per errorẽ,& ſic haberetur pro nõ poſita. Nã nõ intelligeẽ dies
& conſul præcedentis inſtrumenti , qđ apparet,quia nõ habet diẽ & con-
7 ſulẽ pro cõi ad iſtud ſequens.ſic ceſſat ratio iſtius.§.¶ Ex prædictis † etiã
idem dico in filza,quòd licet in vna ſit appoſita dies & cõſul:non intellige
tur in alijs.Nõ enim debẽt dici eædẽ tabulæ.nam ibi non infilzanẽ,vt per-
petuo ibi ſint:ſed extrahanẽ & reponanẽ ad libitũ infilzantis.ar.l. q̃ſitum.
in prin.j.de leg.iij.Præterea ſecũdũ cõſuetudinẽ nõ conſueuit in infilzãdo
8 obſeruari ordo.¶ Sequiẽ in tex.diẽ & cõſulẽ.Quæro† quid in loco[c] & teſti-
c bus:in pręcedẽti inſtrõ eſt dies & cõſul,locus,& teſtes in ſecundò deficiũt:
an illa prępoſitio ſit cõis ad ſequẽtia? Videẽ ꝙ non:qa diuerſa eſt rõ, vt no.
in ſimili.s.e.l.j.§.editiões.in fi.gl.mag.Contrariũ dico . nã ſicut dies & cõſul
intelligiẽ repetita:eadẽ rõne locus & teſtes.Inſtrumentũ ergo ſequẽs intel-
ligiẽ eſſe factũ eodẽ tpe.Hoc eſt ſtatim poſt primũ,vt in prima cõſti.C.in
fi.ergo eodẽ loco & eiſdẽ teſtibus.Præthereà in inſtrumẽto apponunẽ à no-
tario q̃dã q̃ fiunt à partibus.q̃dã quę concomitanẽ factũ,non ꝙ à partibus
fiant:vt tẽpus.locus,& teſtes.Eadẽ igiẽ ratio eſt in p̃dictis,q̃ in die & conſu
le.ergo idẽ ius.Si tñ aliqd apparet ꝓpter quòd eſſet diuerſitas temporis in
aliqua hora:non intelligerẽ teſtes repetitos.¶ Vltimò gl.inducit hanc leg.
ad quęſtionem in ar.de molendino:de qua per Cyn.in.l.ſi manifeſtè.C.de
ſerui.ego tractaui plenè in.l.quominus.j.de flumi.

SVMMARIVM.

1 *Dictio eadem,eſt relatiuum ſubſtantiæ identitatis.*
3 *Notarius ſi in nota inſtrumenti appoſuit diem & conſulem , & poſtea in inſtrumento non appoſuit,uidetur dies repetita.*
4 *Anni domini poſiti in principio libri inſtrumentorum,intelliguntur repetiti ad ſequentia & nu.10.*
5 *Publicum inſtrumentum dicitur cui ſoli creditur, ſine alio adminiculo.*
6 *Requiſita ad eſſentiam publici inſtrumenti,quæ ſint , ſtatur conſuetudini eorum.*
7 *Inuocatur diuinum nomen in contractibus,qui fiũt inter Chriſtianos.*
Inſtrumentum ſi fiat non Chriſtianos , fit inuocatio dei ipſorum.
Inſtrumentum non uitiatur,ſi omittitur inuocatio diuini nominis.
Inuocatio diuini nominis facta in principio prothocoli per notarium,trahitur ad omnia inſtrumenta compræhenſa in libro inſtrumentorum.
8 *Notarius ſi ponit in principio contractus in nomine,& non plus tamen contractus tenet,& dicitur facta inuocatio.*
9 *Conſuetudo loci in anno domini appoſitione in inſtrumentis ſpectatur.*
11 *Inſtrumentum ſi in prothocolo appareat cõfectum de menſe Ianuarij cũ appoſitione annorum domini , & ſic diuerſa inſtrumenta confecta de menſe Maij Auguſti & Septembris:et poſtmodum alia inſtrumenta confecta de menſe Ianuarij ſine appoſitione annorum domini, inſtrumentũ non ualet:nec intelligitur de anno ſequenti.*
12 *Indictio debet apponi in inſtrumẽto pro eius ualiditate.*
13 *Indictio poſita in principio libri in uno inſtrumento , quãdo intelligatur repetita in ſequentibus inſtrumentis.*
14 *Indictio poſita in medio libri ad ſequentia,et non præcedentia inſtrumenta refertur.*
15 *Indictio poſita in fine libri,quando referatur ad omnia inſtrumenta præcedentia non habentia indictionem.*
16 *Dies quo celebratur contractus,apponi debet,non quo extenditur per notarium.*
17 *Inſtrumento fuiſſe appoſitam diem per relationem ad aliquem actum,an ſatis ſit?*
18 *Dies in inſtrumento appoſitus,an uideatur repetitus in omnibus inſtrumentis ſequentibus.*
20 *Dies ſi poſitus eſt in medio libri prothocoli,eſt cõmunis ad inſtrumenta,quæ ſequuntur.*
21 *Dies appoſitus in fine libri,quando ſit communis , ad omnia inſtrumenta præcedentia.*
23 *Menſis apponitur in inſtrumento non de neceſſitate , ſed ad declarationem diei.& an ſufficiat menſem ponere per relationem ad aliud.*
Inſtrumentum ſi dicatur confectum die natiuitatis domini,uel die paſchatis,uel ueneris ſancti,& non apponatur menſis, an ualeat inſtrumentum?
24 *Notarius in principio libri ſi dixerit in uno cõtractu die ſecundo menſis Ianuarij,poſteà in ſequenti contractu dixit die & dimiſit ſpatium numeri,& poſteà ſequitur menſis Februarij,quòd non uidetur repetitus dies.*
Quid ſi non exprimatur menſis?
25 *Nomen Papæ uel Imperatoris appoſitum in principio libri in uno inſtrumento , an uideatur in ſequentibus repetitũ?*
26 *Loci appoſitio in inſtrumento,an neceſſario requiratur?*
27 *Locus cõfecti inſtrumenti appoſitus in principio prothocoli, an intelligatur repetitus in ſequentibus inſtrumentis.*
28 *Teſtes deſcripti in principio libri in uno inſtrumento ; an intelligatur repetiti in ſequentibus inſtrumentis?*
29 *Notarius debet eſſe rogatus de cõtentis in inſtrumento.& an præſumatur rogatus?*
30 *Notarius aſſerens in principio libri ſe fuiſſe rogatum de inſtrumento,an intelligatur etiam rogatus, quo ad ſequentia inſtrumenta?*
31 *Notarius ſi in fine libri ſcripſit ſe fuiſſe rogatum , an hoc ſit cõmune ad omnia inſtrumenta præcedentia?*
32 *Signum tabellionis neceſſarium in inſtrumento ad ualiditatẽ inſtrumenti.*
33 *Signum appoſitum in principio prothocoli,an ſit cõmune ad omnia inſtrumenta in libro appoſita?*
34 *Notarius,qui pluribus ac multis inſtrumentis ſit rogatus,& ea inſtrumenta in diuerſis folijs prout ſcripſerat abſque tamen ſigno tabellionatus habebat,ſi ea omnia in capſa appoſuit & ſigillauit cum appoſitione ſigni, qđ dicens ſe de omibus fuiſſe rogatum,ſed quòd impeditus non potuit extendere,nec ſignum apponere,quòd nihilominus talia inſtrumenta ſunt publica & ualeant.*
35 *Solennitas inſtrumenti,quæ debet eſſe communis omnibus inſtrumentis,ſi reperitur ſcripta in coopertura libri,an dicatur communis ad omnia inſtrumenta in libro deſcripta?*
36 *Coopertura libri,an dicatur eſſe de libro?*

POMATES.

a ¶ Haberet dubiũ. Pro intelligentia & limitatione huius,vide Alexã. in rub.ff.ſol.ma.colũ. ij . vbi dicit ꝙ hoc dictũ non ꝓcedit.

POMATES.

b ¶ Maiorem.Vide Mattheſi. notabi. cl. Paul. & Ful.l.j. C.de libe.p̃te. Ro. cõſi.cxl.ĩci.pr̃ reuerẽde.& cõſi. ccccc-xxx.ĩci. diligenter inſpectis,in . j. col. Alex.cõſ.ccccxvj. inci.ex themate ſupràſcripto.facitqđ vult Bal.in rub.extrà de pactis,ĩ col. penul.

dicũtur;vt.ĩ.loca.l.in operis.& cõia prædi.l ſi quis duas.§.itẽ ſi duo.& de te-
ſta.mili.l.quærebať.& hoc,qñ eodẽ die apparet,vel præſumptiuè confecta
eſſe inſtr̃a oĩa ſequẽtia.Si verò diuerſis diebus & mẽſibus fuerũt confecta,
etiã multũ remotis & diſtãtibus ab inuicẽ:puta primũ inſtr̃m fuit conditũ
de mẽſe Ianuarij in domo Titij,ſequẽtia inſtrumẽta fuerũt cõdita diuerſis
diebus,& ſunt ſine loco,& vltimũ inſtrumentũ fuit cõditũ fortè die vltima
Decẽbris:an locus debeat intelligi repetitus?hoc arbitrio iudicis relinquo,
qui de hoc ſecũdùm apparẽtes circunſtantias iudicabit;vt.ſ.dixi.de die.Nã
ſi viuunt teſtes,qui ſcripti ſunt in inſtr̃o ſe informabit ab illis.Si ſunt mor-
tui:tunc inueſtigabit,an notarius in loco,qui poniť in primo inſtr̃o cõſue-
uit aſsiduè morari,ire,redire,vel non;vt.ĩ.de acq.re.do.l.lege naturali. ¶Et
prædicta vera,qñ locus appoſitus in princ.li.ſe refert ad vnũ cõtractũ,ſi ve
rò refert ſe ad totã cõpoſitionẽ libri,vt ſi dicit,hic eſt liber mei talis notarij
ſcriptus per me in ciuitate Peruſij,in domo tali. Tunc cũ iſta ſolẽnitas loci
depẽdeat à notario,nõ à partibus,& hæc ſcripta ſe referãt ad totã ſcripturã
libri:tunc intelligas locũ in omnibus ſequẽtibus repetitũ,arg.l.iij.ĩ.de lib.&
poſth. ¶Quid autem ſi in medio libri poneretur locus?dic vt.ſ.de die dixi.
¶Quid ſi in fine?dic ſilr̃,vt.ſ.de die dixi. ¶Septimò dixi,ꝙ ad eſſe publi-
ci inſtr̃i,teſtes reqrunť;quod probať in cor.vt p̃po.no.Imper.& in gl.l.gña-
28 li.cũ ſi.Circa † quod q̃riť,an teſtes ſcripti in princ.libri in vno inſtr̃o, intelli-
ganť in ſequẽtib⁹ ĩſtr̃is ſine teſtib⁹ reptis repetiti?Dico,ꝙ ſi ipſi viuũt ipſis
eſt ſtãdũ:quia de ſolẽnitate cõtractus agiť;vt no.in.l.iuriſgẽtiũ.§.quod ferè.
de pact.ſi nõ viuũt:tũc aut oẽs cõtract⁹ fuerũt facti eodẽ die,quo & illi:vbi
teſtes ſunt ſcripti;& eos repetitos ĩtelligo:quia ſimul fieri intelligũtur,& di
cunť;vt in præalle.l.in opis.cũ ſi.ſ.alleg.Aut diuerſis dieb⁹:& tũc aut cõſtat
eos teſtes in prin.ſcriptos vixiſſe tpe cõfectionis oĩm inſtr̃orũ:quod iſto ca
ſu nõ p̃ſumiť,niſi probeť cũ cõſtat eos mortuos.Sed ſi cõſtet eos eſſe in vi-
ta eo tpe,de quo agiť.Et tũc aut erãt teſtes,q ĩ ciuitate,vel loco,vbi cõtract⁹
celebrati appareãt,vt plurimũ morabanť:& ĩtelligo in oĩb⁹ cõtractib⁹ repe
titos,ar.hui⁹.§.Aut ibi nõ morabanť fortè:quia erãt de comitatu:& cõtract⁹
fuerũt facti in ciuitate,vel fortè,quia erãt teſtes ignoti tũc ex qualitate & fi-
de notarij eos intelligã repetitos,vel nõ:arg.eius quod not.in princ.hui⁹ leg.
Si verò nõ viuebãt tẽpore,quo cõfecta fuerũt inſtr̃a ſequẽtia,& hoc cõſtat:
& tũc ſine dubio non poſſunt intelligi in eis repeti:quia quod non eſt &c.
29 vt.ſ.in præcedentibus dixi. ¶†Octauò dixi,ꝙ de ſubſtãtia publici inſtru-
mẽti eſt,ꝙ notarius ſit rogatus:hoc eſt,ꝙ de mandato partium ſcribat.Pro
hoc.ſ.e.l.§.pertinere.& glo.in.l.generali.ſæpius allegata.&.ſ.e.l.prætor.§.
primo.vt no.in corpore de tab.§.nos autẽ.col.iij.& licet glo.ibi teneat,ꝙ ta-
bellio ſemper præſumať rogatus poſito,quòd nõ apparet,ſecũdùm quam
glo.non eſſet vlterius tractandum de infrà dicendis.In hoc tamen puto gl.
illam non procedere,nec tex.nec ratione fundari:quia leges,quas allegat lo
quunť de ſolennitate intrinſeca,quæ includiť ex natura verborũ. ¶Quod
autẽ notarius rogetur à partibus,eſt ſolennitas extrinſeca,quã non præſu-
mam:vt.l.quæcunq;.§.qui à pupillo.ĩ.de publicia.Præterea contrà eam eſt
ſñia Inn.extrà de fide inſtru.c.j.quicquid dicat Iaco de.bel.in.d.cor.& Spe
30 cu.in titu.de inſtru.edit.Ideo † quæro ſi tabellio in prin.lib.aſſerat ſe rogatũ
in vnum inſtrumento,an intelligatur eſſe rogatus ad omnia inſtrumenta
ſequentia,in quibus nõ cõtinetur,quod ſit rogatus?Reſpon.inſpiciẽda ſunt
verba ſcripturæ.Aut enim verba referuntur ad totum librum:quia dixit in
loco publico,anno domini Milleſimo.cc.&c.Hic eſt liber quo continen-
tur contractus & ſcripturæ, de quibus fui rogatus ego talis notarius ab
infrà ſcriptis perſonis &c.& tunc ad omnia ſequentia ſit communis illa
ſcriptura.ĩ.de liberis & poſthumis.l.iij.extrà de reſcript.c.cauſam quæ.
& quia

POMATES.

a Propinquo.Vide Alex.cõſi.xxxvij.in fi.vo.iij.

& quia in verbis nulla est obscuritas.l.ille,aut ille.§.cũ in verbis. ĩ.de leg.iij.Aut verba referũt se ad primũ cõtractũ tm̃,& sunt in prĩc.in prĩo cõtractu,vel in fine ei⁹. dicẽtia;& p̃dicta de mãdato & licẽtia.vel,Rogat⁹ à dictis cõtrahentib⁹ scripsi & publicaui.& tũc nõ intelligim⁹ ad sequentia instr̃a referri: qa cũ dicta verba certũ instr̃m sp̃aliter & exp̃sse respiciãt; illud tm̃ habẽt solẽnizare,non alia.ar.d.l.iij.& quod not.C.de li. pręter.l.j.& extrà de app.c.secũdò requiris.in princi.&.l.talis scriptura.de leg.j. Et si sequẽtia instr̃a eodẽ die,quo illud, extiterit celebrata:quia nõ sequit̃,eodẽ die fnnt facta:ergo de omnib⁹ fuit rogatus,licet suprà in loco& testibus aliud dixerim:nisi inter easdẽ personas essent omnes illi cõtractus celebrati,quia tũc ex idẽtitate p̃sonarũ. &
31 diei,p̃sumeret̃ hoc repetitũ. ¶ Quęro,qd† si verba ĩportãtia, ꝙ notarius sit rogatus,sint scripta in fine totius libri? Rñde.idem quòd.s̈.dicerẽ:quia aut se referunt ad totum librum,aut ad vltimum cõtractũ.licet em̃ ista solẽnitas,quòd notarius sit rogatus, sit vniformis:quia vniformiter fit,sicut solẽnitas signi;vt.ĩ.dicã. Ex quo videt̃ magis de facili repetita:intelligit̃ tñ,ꝙ non dependet à notario tm̃:sed à cõtrahẽtibus.imo fortè mere à cõtrahẽtibus;cũ notarius hoc recusare nõ posset;vt. C.de defen. ciui.l.pe. & cũ seruus publicus sit;vt.d.l.generali.non dicã ipsam repetitam intelligi.nisi ĩ casibus supradictis.& p̃dicta v̾a, qñ notarius scriberet instr̃m inter certas personas, vel ad mandatum vnius tantũ:in actib⁹,qui ab vno tantũ ꝑcedunt.Si verò scriberet aliquod instr̃m suũ ꝑpriũ,quòd põt in certis casibus, fortè testm̃ suum,vel fortè instr̃m,quo procuratorẽ cõstitueret,secundũ no. per commentatorẽ.ĩ.de stip.ser.l.ꝑinde.&.l.eo.ĩ. de falsis. tunc ista solennitas,quòd sit rogatus:vel,quòd sibi mandet̃,nõ requiritur.rõ:quia verba imperatiui modi nõ cadunt ĩ propriã personã:vt.ĩ.de arbi.l.pe. ¶ Quid aũt esset de alijs solennitatibus.s̈. dictis:an in instr̃is,quę in cã ꝑpria faceret,requirant̃ hic exami
32 nare non curo. ¶ Restat† de nono & vltimo.s.ꝙ tabelliones apponunt signũ;& quod signũ sit de substãtia publici instrumenti,oẽs doct.nullo excepto cõcordant.& ꝑbatur per text.in. l.fi. C.de assesso.ibi,signũ quod cõsuetũ est chartis apponi &c. Et in cor.de instr.cau.& fi.§.oportet authen.co.vj.& gl.inst. de pu. iu.§.itẽ lex.cor.
33 ¶ Quero ergo† circa hoc,an hęc solennitas signi apposita in prin.libri, sit cõis oĩbus sequentibus instrumentis. Quę questio cum de facto occurreret Eugubij,mihi fuit consulenda cõmissa.Et vr̃ primò,ꝙ omnibus instr̃is sequentibus sit cõis.ar.huius.§.In cõtrariũ vr̃:quia super certo nõ cadit pręsumptio:vt.l.nõ est verò simile.in prin.cũ ibi no.ĩ.quod met. cau.& l.cõtinu⁹.ĩ.de verb.ob.Sed certũ est signum appositũ in prin.libri,& nõ alibi:ergo non possumus pręsumere,quod in alijs repetitum sit.Nec ob.iste.§.quia in rõnibus sequẽtibus erat dubium quo die conditę fuerũt,cũ dies in eis nõ esset.& in hoc dubio lex pręsumit,ꝙ eodẽ die.Oppositum consului:quia cum ista solennitas sit vniformis,& à solo notario depẽdeat:vt.ĩ.dicã,repetita intelligat̃;vt oĩbus sit cõis:& super publicatione totius libri apposita intelligatur:quia si solennitas difformis,vel diei. vel consulis repetita intelligitur:vt hoc.§. multomagis ea, que est vniformis,vt signũ.& hoc siue in prin.siue in fine libri apponatur,
4 vt cõiter notariorũ est mos. ¶ † Sed circà hoc mouet̃ vnum du-
5 bium.Quidã imprudẽs notarius tp̃e,quo mũdus mortalitatem magnam sustinebat,& hoĩes de subito moriebantur, infirmitate grauatus,recolẽs de multis cõtractibus,& testamentis se fuisse rogatũ quos sui desidia in libro nõ posuit:sed illos ꝑut primitus ĩ schedulis separatis scripserat,habebat adhuc.& cognoscẽs se nõ posse in vnuaquaq; schedula suũ signũ ponere,accepit oẽs illas schedulas simul, & misit eas in quodã cophinũ, & signauit cohpinũ, & claue clausit:& suprà seraturam seu clausaram posuit,& applicauit vnã chartã,ĩ qua per eũ sic reperiebat̃ scriptũ. Omnes schedulę & rogitus,qui intus in isto cophino continentur,scripturę sunt & fuerunt per me talem notarium annis, inditionibus.& locis.& mensibus,diebus cõsulibus & testibus in earum qualibet per me scriptis,de quibus à personis eis scriptis rogatus extitì illas publicare:quę singulariter infirmitate corporis impeditus,mei signi solita impressione publicare nõ vãlens: hic desuper istam seraturam meum signum propia mana scribo.Quo notario defuncto,in dubiũ reuocabatur,an dictis schedulis omnibus,alijs solennitatibus,exceptis signis,fulcitis,adhibenda sit fides;vt publicis instrumentis? Et videtur ꝙ nõ. Primò:quia vt solẽnitas instr̃i in sequẽtibus repetita dicatur, oportet quò in princ.libri notarij,vel aliqua eius parte, sit apposita; vt est casus hic,dũ dicit,in qbus.s.tabilis.& in prin.dum dicit,initiũ tabularũ.vt.s̈.dixi.Prętereà,istę schedulę nõ sunt eędẽ tabulę:nec idẽ liber;nec eędẽ ligaturę;nec continuatę literę: nec ratiõe facti, quia in eis sunt facta diuersa: ergo talis solennitas signi extrà eas appositi,eas nullo modo respicit.In contrariũ vr̃. Nam quędã sunt de substãtia instr̃i,quę nõ sunt vniformia:sed vario & diuerso mõ poni in instrumẽto cõtingit,vt sunt oẽs solẽnitates & substãtialia.s̈.dicta,excepto rogitu notarij.Dies enim anni domini,locus,mensis,indictio, testes possunt diuersificari. Nã secũdùm varietatẽ & diuersitatẽ diei,quo cõficitur instr̃m: ita diuerso modo dies in instr̃o apponit̃.Et de his substãtialibus intelligãtur ea,quæ.s̈.dixi & maximè:quia multa ex eis nõ à solo tabellione depẽdẽt,sed cõiter ab eo & à partibus.Quędã sunt substãtialia instrumẽti vniformia,& vniformiter in omnib⁹ instrumẽtis apponunt̃,& ex solo notario depẽdẽt nullo extrinseco accedẽte:vt est substãtiale,& solẽnitas signi tabellionis, quod signũ vniforme & ab eo solo depẽdet.Posset dici in oĩbus schedulis repetita,etiã eis esse cõia puto.s̈.dictis attẽtis de stricto iure nõ posse defendi,ꝙ dictæ tabulæ valeãt vt publicæ:cũ in eis,vel altera earũ nõ sit signũ:nec infirmitatis casus excuset:quia culpa eius præcessit.Sed æquum fore credo ipsas dici publicas & solẽnes;tum propter cõtractuum,& testatorũ multitudinẽ,ne oĩa pereãt,quod in maximũ dispendiũ cõtrahentiũ redũdaret.argu. s̈.de offi.præto.l.Barbarius.tum quia casu infirmitatis,qua tunc detinebatur notarius:cũ tunc per eũ nõ stetit,& fecit quicquid poterat illa hora aliquid de iuris rigore,vt valeãt relaxet̃. ¶ Ex-
35 peditus de substãtialibus† instrumẽti publici,quærit̃ quid si solẽnitas in casu,quo aliâs debet intelligi cõis sequẽtibus,reperit̃ scripta in coopertura libri notarij intus,vel extrà,nõ curo:non autem in aliquo contractu,vt si notarius in coopertura libri,dicit hic est liber cõtractuum,siue rogationũ per me notarium talem scriptorũ &c.inspiciẽda sunt verba hui⁹ inscriptionis.Aut enim
a sic dicũt.In nomine domini amen.M.ccclix.indictione.xij.tempore talis Papæ.xx.mẽsis.Decẽbris,Hic est liber rogationũ & cõtractuum scriptorũ per me talẽ notariũ &c.& tũc sine dubio tales solẽnitates nõ sunt cões sequẽtibus instrumẽtis.Aut nõ respiciũt aliquẽ cõtractuum,aut instrumentũ particulare:sed totum librum;& imponit fidẽ toti libro,quòd sit notarij & ꝙ sit ab eo scriptus.Hæc pręscriptio non dicit aliquid de tẽpore alicuius cõtractus,sed tex.hic requirit,ꝙ in aliquo actu debeat esse dies, dũ dicit si initiũ tabularũ &c.Sed illa coopertura nõ est initium tabularũ;vt.ĩ.dicã.ergo &c.Si verò verba dicerẽt sic:hic est liber incœptus scribi per me notariũ,ĩ.scriptũ,sub tali anno.& tali die &c.Et tũc videt̃ ꝙ referat̃ ad primũ instrumentũ,& ad sequẽs: cũ in eo nõ sunt solẽnitates:secus tñ si in eo sunt solẽnitates non ad vlteriora.Nã si dicamus istã talẽ cooperturã esse de libro:& tũc sine dubio ad sequẽs instrumẽtũ referat̃:quia tũc librũ scribere incœpit.Si dicamus nõ cõtineri appellatione libri,nec esse
b de libro:& tũc puto idẽ:quia si in aliquo alio loco scripsisset,qd̓ incœpit scribere illũ librũ die tali:illa est dies primæ scripturæ illius libri:& sic primi instrumẽti.Nihil enim interest,quòd sit ꝑ se certũ,vel ꝑ relationẽ ad certũ;vt.l.si ita.ĩ.de cõd.& demõ.Nec ob.iste.§.qui dicit,ꝙ dies debet cõtineri in libro,vt intelligat̃ in
c sequẽtibus repetitus:quia fateor qñ de sequẽtibus instr̃is agitur:
36 sed qñ agit̃ de primo instr̃o,tũc sufficit scriptura p̃dicta.An† autẽ istæ cooperturæ cuiuscũq; materię sint,dicant̃ esse de libro:dicerẽ sic:aut quæris nũquid dicant̃ esse de substãtia,& esse libri; & dico ꝙ nõ,quod patet:quia à principio nõ reqrunt̃:& sic appositę reuocãtur:eis sublatis remanet ita liber noĩatus,vt primo. Aut quæris vtrũ eis appositis cedat dispositiõi,quæ de libro fieret,vt vẽditioni,legato,& silibus:dico ꝙ sic,ar.l.iij.§.j.ĩ.de leg.iij. &.ĩ.de vi.tri.& oleo le.l.iij.§.j.&.l.hæres meus.§.pe.de lega.iij.& expressius in.l.librorũ.e.ti.& cedũt sicut adiacẽtia ipsi libro arg. l.pędijs.§.pe.de leg.iij.&.l.olympico.ĩ.de serui.vrba.prædio.& sic propriè & verè nõ sunt de esse libri,licet ei cedãt.Vnde tex.q hic dicit,si initium tabularum.non intelligitur de eo,quod in coopertura scriptum est;nisi secundùm quod.s̈.dixi.

SVMMARIVM.

1 *Exemplum factum manu notarij publici,facit fidem.*
2 *Instrumentum,quod redditur à notario parti,non dicitur originale:sed originale dicitur,quod remanet notario.*
3 *Prothocolo notarij,quando ast uarietas inter prothocolum & instumentum datum parti,creditur.*
4 *Notarius,qui petit examinari testes,ut poßit eße certus,an fuerit rogatus de tali actu,non auditur.*

a Prætor ait.[a] ¶ Per istũ text.ego dico duo notabilia.
1 Primò,† ꝙ si notarius dicit in instrumento;hoc est exemplũ cuiusdã instrumẽti scripti manu mei nota-
b rij:qd̓ licet exẽplũ sit,tñ facit fidẽ[b]:quia notari⁹ q exẽplauit est
c de hoc ĩstruct⁹ in ĩstr̃o suę ꝑfessiõis:vt hic dicit.Prętereà[c] nõ est maioris authoritatis originale,q̃; istud exẽplũ.ergo &c. ¶ Scd̓ò
2 dico,† ꝙ instr̃m,qd̓ notari⁹ reddit parti,nõ præsumit̃ esse originale:sed originale remanere p̃sumit̃ apud ip̃m notariũ:ex quo semp remanet instructus:nisi ꝑbet se ꝑdidisse;vt.ĩ.proxi.§. Et
3 ex hoc† sequitur,ꝙ si est varietas inter instrumentũ datũ parti: & librum notarij,potius est credendum libro notarij. ¶ Tertiò

POMATES.
a ¶ Prætor ait.Contrarium videtur tenuisse Bal.ꝙ refert do.Ias.& reprobat l.ij.col.iij.C.de test.& circa hũc.§.&.§.proxi.vide Bart.in alle.authen.si qs in aliquo.C.de edẽ.& quod fuit cõtrarius sequens illã opinionẽ,quã in.d.authẽ. reprobat.l.ij.§.si dubitetur.in fi.ff.quẽad.test.ape.
b ¶ Facit fidem.Adde, ꝙ hoc sequitur Ro.consi.cv.

POMATES.
c ¶ Prætereà. Vide Barb. cõsi.iiij.colũ. vj.libr.j. Ro.consil. cl.aliâs.cv.in col.ij. in.iij.dubio.

4 dico ex hoc,† q si notarius petat à iudice examinari testes; vt
possit esse certus:an fuerit rogatus in aliquo contractu,quod ip
se non debet audiri. Debet enim de hoc habere scripturam pe-
nes se, vt hic:nisi aliquam iustam causaum habeat:quia fortè p
didit, vel simile,de hoc dixi.j.de tabu.ex hi.l.de tabulis.

SVMMARIVM.

1 *Probare debet qui casu rẽ admisisse quando est fundamentũ suæ intẽtionis.*
Rem fuisse perditam, quando probatur iuramento.
Res dicitur deperdita, eoipso, quod adhibita diligenti inquisitione, non reperitur.
2 *Rem fuisse amissam, quando probari debeat manifestis probationibus.*
3 *Manifesta, quæ dicuntur in probanda amissione rei.*
4 *Probata amissione rei, quis debeat probare dolum: & quis casum.*

a 1 **An & hæredi.** [a] ¶ No.† quod rem esse casu amis
sam causa intẽtiõis alicuius, ei qui
agit incumbit pbatio.ideo enim argentarius petit sibi edi:quia
dicit se casu amisisse. ¶ Oppo. q ipse non debeat probare ca-
sum, sed alius debeat probare dolum; vt.l.si creditor .de pig. ac.
C.& ibi no.Gl.ponit quatuor so.Prima, q hic est spãle:vltima
q hic rẽ esse casu amissam est cã intẽtionis agẽtis.Quelibet ista
b rum potest esse bona, rectè intelligendo. ¶ Dic ergo sic: [b] quan
doq; rẽ esse amissam,est cã defensionis alicuius; & isto casu vi-
dẽdũ est primò,qs debet pbare amissionẽ. Scd'ò pbata amis-
sione, qs debet pbare, vel aduersari⁹ dolũ, vel culpã:vel iste ca-
sum. ¶ Circà primũ dico, q aliqñ nõ pbat̃ rẽ puenisse ad eũ,q
cõuenit̃:& tũc eoipso, q dicit se nõ habere, p̃sumit̃ amisisse nisi
pbet̃ cõtrariũ. Credit̃ enim iuramẽto suo; vt.s.e.l.p̃tor.§.sed & si
seru⁹.j.de leg.ij.l.cũ ita.§.species.& qd' no.j.de pba.l.cũ de le.&
c C.deiure delib.l.fi.§.licẽtiã. Ratio [c]: qa res deperdita dicit̃ eoipso,
quod adhibita diligenti inquisitione, non põt reperiri; vt.l.iij.§.
d nerua.j.de acq.pos. [d] Vnde cũ ille eã reperire non possit,rectè di
cit se perdidisse. Si verò probat̃ rẽ penes se fuisse; tũc si quidẽ ip
se tenebat̃ ad exhibendũ rẽ officio iudicis, põt probare se casu
2 perdidisse p suũ iuramentũ; vt.C.de fide instru.l.fi. Si verò† tene
batur iure actionis:tunc debet probare se pdidisse ipsam rẽ ma
nifestis pbationibus; vt.l.si creditor.C.de pig.ac. Et eodẽ modo
quãdo rẽ esse amissam,est cã actionis; ille qui agit, debet proba
3 re se pdidisse manifestis pbationib⁹; vt hic. ¶ † Sed† quero, [e] q̃
e erũt istę manifestę pbationes? Rñ.quidam sunt casus mulrum
manifesti, vt ruinę, ĩcẽdiũ, vis hostiũ.& sil'ia.& istę possunt ma
nifestè pbari. Quidã sunt casus fortuiti clãdestini & occulti, vt
furtũ:& in isto casu probabit̃ per cõiecturas; vt quia ostiũ fuit
ruptũ, famulus aufugit, & similia.ar.l.nõ oẽs. §.à barbaris.de re
mili. Idem no.doc.in.l.si creditor .C. de pig.acti . quę probatio-
nes dicent̃ manifestę:licet ex coniecturis.arg.j.de leg.j.l.licet.ibi
euidens &c.& de manu.test.l.si qs locuples.ibi, apertissimè &c.
4 ¶ Scd'ò videndũ† est amissione pbata, qs debet pbare; an ad-
uersarius dolum, vel culpam; vel iste, qui cõuenit̃, casum? Breui
ter, qdã sunt casus fortuiti, q non possunt faciliter euenire absq;
culpa, vt furtum; vt.l.cũ duob⁹.§.dãna.j.p socio. Incẽdium, vt.j.
de pericu.& cõmo.rei ven.l.si vendita. Et in fuga seruorum vel
aliorũ, qui debuerũt custodiri:& in istis p̃sumit̃ culpa: nisi pro-
betur casus, vt dictis legib.&.j.de custo.reo.l.penul.aliâs fi.j. de
re ven.l.si â bonęfidei.§.j.&.j.locati.l.si qs fundũ .§. imperator.
Et hoc modo intelligendo bene dicit gl, quòd hic debet proba-
re casum:quia prẹsumit̃ culpa, cũ debuerit custodire. Sũt alij ca-
sus fortuiti, qui possunt regulariter euenire sine culpa: vt vis ho
stium, impetus aquarum, & sil'a:& tunc probata amissione di-
cto modo, prẹsumitur casus:nisi culpa pbet̃; vt.j.de reg.iu.l.cõ-
tractus.&.j.locati.l.si merces.§.culpę.&.j.sol.ma. l. pe.in princi.
Ita intelligatur quòd no.C.de pig.act.l.si creditor.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum qui habuit & amisit, non potest à notario petere, ut iterum sibi det, nisi causa cognita.*
2 *Instrumenti amissi renouatio debet fieri de præceptio iudicis.*
3 *Instrumentum antiquum, uel destructum, renouatur de præcepto iudicis.*
4 *Priuilegiũ antiquum, uel destructum, potest peti, renouari.*
5 *Forma, quando petitur instrumentum, uel priuilegium antiquatum, uel destructum, quòd reficiatur.*
6 *Instrumentum datum per notarium parti minus perfectum, pars potest petere, ut iterum sibi detur.*

f 1 **Nec iterum.** [f] ¶ No. q† ille, q habuit instrumẽtũ,
& amisit, non põt à notario petere, vt
iterum sibi det. Ratio:quia semel funct⁹ est officio suo.& iõ am
plius sup illo, quo funct⁹ est intromittere se non põt.l.iudex.j.
de re iud.& qa dicit illa lex in iudice:idẽ intelligas in notario; vt
no.Spe.in ti.de instru.edi.§.postremo.ver.sed nũquid. Et hoc est
verum, nisi hoc faciat causa cognita:& sic cum prẹcepto iudicis
quoniã hoc importat verbũ, cã cognita.l.iij.§. si cã cognita.j.de
bo.po. Et si sit pars, q̃ ex hoc posset ledi, scilicet debitor deberet
citari.j.de tab.exhi.in.l.iij.§.hoc interdictũ.sed facit.l.nã ita.s.de
2 adop. ¶ † Not.ergo, quòd renouatio ĩstrĩ amissi, debet fieri de p̃-
cepto iudicis:al's nõ.pro quo arg.j.ad.l.fal.l.pe.§.fi.&.C.de prin.
agẽ.in re.l.multis.de dã.infe.l.si finita.in prin. ¶ Vides ergo, qd'
de præcepto iudicis instrm amissum iterũ debet per notarium
3 parti refici. Sed nunquid† idẽ in instrõ antiquato.s.quod debeat
refici, si petã ipsum renouari? Dic quòd sic. Ita not.gl.in auth.de
hęre.& fal.§.j.in gl.quę incipit, arg. p priuilegijs. Et quòd ĩstrm
antiquarũ, vel destructũ, debeat renouari, probat̃:quia testes &
instrã parẽ vim obtinẽt.C.de fide instru.l.in exercendis.sed te-
stes ex cã renouant̃; vt in.l.repe.&.l.diu⁹.§.j.de qõ.secũdùm mo-
dũ traditũ ĩ.§.multæ.ĩ authẽ.de testi.ĩ gl.al's est in.§.quia vo mul
ti.ergo &c. Idẽ video, q fideiussor ex cã renouat̃.s.q satis.cog.l.si
ab arbitro.§.fi.ergo &c. Et intellige semp, q debet fieri iudicis p̃-
cepto, vt hic. Vides qũo instrm antiquatũ, vel destructũ debet
4 refici. ¶ † Quæro qd in priuilegijs antiquatis & deletis, an si pe-
tã ea refici & renouari debeã audiri? Glo.in.§.j.quæ incipit arg.
pro priuilegijs.in authẽ.de hæredi.& fal.dicit q sic.verũtñ an il-
la glo.sit vera.hoc est videndũ? Dicũt doct. q nõ Ratio:quia nõ
vtẽdo amittit priuilegiũ.j.de nundinis.l.j.& sic si instrm, in quo
cõtinebat̃ priuilegiũ fuerit antiquatũ, & deletũ amittat̃. Itẽ su-
perfluis nõ est vtendũ.j.de procu.l.nõ cogendũ.§.j.vt le.not.ca-
ue.l.hæc stipulatio.§.diuus. Sed renouare istud priuilegiũ, est su-
peruacuũ, vt probabo; quia aut fuit insinuatum:& tunc oportet
q de insinuatione fieret instrumentum:& sic nõ oportet, quod
fiat renouatio, cũ p illud instrm possit pbari priuilegiũ.argu.C.
de edẽ.authẽ.si quis in aliquo.cum ibi no.&.C.de donat.l.in do-
nationibus. Aut nõ est facta insinuatio corã iudice:& tũc priuile
giũ est nullũ.argu.C.de apochis publi.l.j.lib.x.in authẽ.de col.§.
eos.col.ix.ergo frustra fieret renouatio. Ego dico glo.illã verã es-
se.ad quod facit.C.de excu.mune.l.euidẽter.li.x.de diuer.prędi.
vrb.l.fi.li.xj.de pala.sa.largi.l.iij.li.xij.in authẽ.de mã.prin.§.co-
ges.C.de natu.li.l.diui.j.ad legẽ Iul.maie.l.non cõtrahit.de sepul.
vio.l.sepulchri deteriorẽ.in authẽ.de fideius.in princ.& in authẽ.
qũo oportet epos.§.sed neq; ineruditus.C.de disc.l.nec casu.lib.
x.& no.j.de admi.tu.l.chirographis.in princ.&.j.ad Tre.l.cũ hæ-
reditas.extrà de fide instru.c.fi. Et est ratio:quia priuilegiũ Prin
cipis debet esse ppetuũ.in authẽ.cõsti.quæ de digni.§.illud.& vi
5 de Ia.de bel.in.d.§.j.de hæred.& fal. Subaudi sic.† ergo petẽti re
fici instrumentũ amissum, vel antiquatũ, defertur iuramentum
per iudicẽ ante, quã à tabellione reficiatur. Pro quo.j.eod.l.quæ-
dã.§.nummularios.& in authẽ.vt spõ.largi.§.& hoc insup.& in
authẽ.vt fra.filij.§.illud. Et hoc iuramentũ, & authoritas iudicia-
lis, debet fieri vocata parte, q̃ p refectionẽ posset lædi.s.de adop.
l.nã ita.C.si minor ab hæred.se absti.authẽ.si oẽs.& de aqua plu.
ar.l.in cõcedẽdo.&.C.de auth.præstã.l.fi. Et si prothocolũ extet,
debet refici secũdùm formã & substãtiã prothocoli.ar.C.de fid.
instr.l.illatæ.& est tex.cũ gl.ĩ authẽ.de tab.s.illud.&.§.pe. Sinau
tẽ nõ extet prothocolũ, nõ debet refici, nisi saltẽ sint duo testes,
qui deponãt de tenore instrumenti amissi, vel antiquati:& tunc
secũdùm eorum depositionem confici debet:ita q nihilominus
actor iuret: vt no.C.de fide iustru.l.sicut.&.l.illatæ. &.l.quædã.§.
nũmularios.ver.cæterum.& sic debent iutelligi gl.quæ loquun-
tur indistincte.in authẽ.de hære.& fal.§.j.de quæstor.circa prin-
cipium.j.de admi.tut.l.chirographis.C.de dis.l.nec casu. ¶ Item
6 no.† quod si notarius dedit instrumẽtum minus perfectũ, quod
possum petere, vt iterum det: vt hic.ibi, minus plenè editum.

Nec iterum. ¶ Nota, quod ille, qui semel habuit instrumentum, & amisit, non potest
petere à notario, quod iterum sibi det:nisi cum licentia & autho
ritate iudicis & causa cognita:& sic fortè pars debet citari, vt in
l.in causæ.§.causa cognita.j.de mino.dixi in.l.de tabulis.j.de ta-
bu.exhib. ¶ No. q si notarius dedit mihi instrumentum minus
perfectum, seu defectiuum in aliquo, possum petere, vt iterum
det mihi, vt hic; dum dicit, vel minus plenè editum.

VEluti si peregre.

g **Hæc vox.** Not. q verbum iterum [g], pro sæpius accipitur. ¶ Oppo.de
l.sicut.j.quib.mo.vsufru.amit.&.l.fideicommissa.§.si quis decẽ.
j.de leg.iij.dic vt ibi.

VBi exigitur. Oppo.minori nõ succurrit̃ in dolo; vt.l.j.C.si aduer.de-
li.in.l.j.in fin.s.eo.dicitur q minori succurritur:ergo
&c.sol.vt in gl. ¶ Not.aduersus latam culpam bene
succurritur minori. Item aduersus dolum verum non succurri-
tur:sed aduersus dolũ præsumptũ. Itẽ intellige, q nõ succurritur
aduersus dolum præsumptũ, scilicet in futurũ; vt.l.auxilium.in
princip.j.de mino.& per Dyn.in.l.j.§. aduersus.j.de noui.operi.
nunc.nisi de prẹsenti damnum pateretur minor:quia tũc etiam
aduersus

a ¶ Adde que scri. Ferra.ĩ authẽ. si qs in aliquo. col.iij.& iiij .C. eod. Anto. Rub. Alex.

a ¶ An verò. Adde Ioã. de Imol. in.c. ij.de po.vbi refert istam doctrinam Barto. hic Andr. Barba.

POMATES.

b ¶ Dic ergo. Vide Alex. consil. lviij. col.fi.vol.j.

POMATES.

c ¶ Ratio. Vide Feli.c.fi.col.ij.in fi.& in.iij.no.de proba. & in.c.sicut.vj. co. versic.v.declaratio & versic.seq. de re iud.in.vij.col.

d ¶ Antiqui codices addũt.l.de pditum. ff. de peti. hęredi.q tex.ad vnguem ad quòd adducitur probat. Alex.losens.

POMATES.

e ¶ Sed q̃ro. Vide Panor in consilio. xxxij.col.j .vol.ij.

POMATES.

f ¶ Nec iterũ. Aliud in actis vt per Iaso.l.ij.C.co.ij.colum. versi. iiij. Et vide istum text. allegat. per Barba. consi.lxj.

g ¶ Iterũ. post do. Ias. inquantũ ponit, an stante statuto, q inter affines fiat cõpromissum si primo loco non habuit effectum, debeat iterũ fieri. & allegat Ro.cõsi. xiij. Adde Bald. cõsil.ccccclxxxvij. iiij.li. Et de incendio vide quę posui in l.j.s.de off.c.prę fe.vigilum.

aduersus dolum presumptum de futuro bene succurritur minori, vt seruetur illesus; vt dixi tibi in.l.j.§.j.circa fi.§.nunciatio.ff.de no.ope.nun. vide etiam latè quę dixi in.l.minor etiam si quasi.ff.de mino.

SVMMARIVM.

1 *Citatus personaliter inuentus tacens, an dicatur fictè, uel uerè contumax.*
2 *Minori aduersus latam culpam succurritur.*
Aduersus dolum præsumptum quomodo succurratur minori.
3 *Minor & mulier, an possint post didicita testificata testes producere.*

1 Vbi exigitur. Hanc leg. inducit Ia.but.ꝙ †citatus & personaliter inuentus tacens, dicatur fictè contumax non verè. de quo gl.sunt contrarię: vt.l.ex cōsensu.§.fi.ff.de app.& dic vt ibi per Dy. Opp quia minori non succurritur in dolo; vt.l.j.C. si aduersus delic. Sed in.l.j.s.eo. dicitur, ꝙ
2 minori succurritur. Glo.so.no.† quam not.ꝙ aduersus latam culpam bene succurritur minori. Item aduersus dolum presumptum: quia non presumitur minorem esse in dolo: nisi de dolo constet; vt.l.dolus.ff.manda. Et vt nō presumatur, intelligas ꝙ aduersus dolū presumptum succurritur in præteritum.i.quia in eo, quod factū est per eum, non presumitur, dolū intercessisse, nisi cōstet. In futurum verò.s.qn̄ in illis, quę agenda sunt per minorem, possumus presumere ipsum dolum posse cōmittere: certè potest presumi; vt.l.auxilium.in.ij.responso.ff.de mino.& per Dy.in.l.j.vers.aduersus.ff.de no.oper.nun.
3 Iuxtà istā gl.† quero, si est de iure, quòd post didicita testificata non potest qs testes pducere, vt.C.de pbatio.authen.& qui semel. Pone, ꝙ est minor, vel mulier: nūqd post didicita testificata poterit posteà testes producere? & videt ꝙ non: quia ratio prohibitionis est presumptio doli, vel timore subornationis. Sed minori & mulieri non subuenitur in dolo, vt hic: ergo &c. Item, quia in minore est curator; aliâs iudicium non valeret. C.qui dari tuto.possunt.l.in vniuersis.qui le.perso.per totū. Cum ergo curator, vel tutor post didicita testificata, nō possit testes producere, in authen.de testi.§.quia verò multi sępe.ergo &c. Iac.dicit nō ob. cōtrariū: qa verū est, ꝙ minori vel mulieri nō subuenit in dolo: vbi certū est de dolo sed vbi est presumptio, quòd dol⁹ absit in muliere.& in minore: & sic cessat pśumptio doli; vt in glo.& est casus legis in minore.ff.de mino.l.minor.xxv.ann.omissam.&.C.de his, qb.vt idig.l.minorib⁹.& ī muliere.ff.ad Turpil.l.j.§.accusationē.ad fi.l.j.§.impubes.aliâs.§.si qs ignorās.de iure fisc.l.j.ī fi.ergo cessat impedimētū pductiōis.ff.de iurepa.l.adigere.§.quis. Nec ob. gl.quę dicit, ꝙ minor presumitur in dolo: vt no.C.si minor se ma.dixe.l.pe. quia vbi minor asserit se maiorem, presumitur in dolo: quia mentit: quod ideo apparet, quia posteà probat se erroneè dixisse. Sed hoc ad supplendū ꝙ non fecit, non presumitur in dolo. nec ex qualitate facti presumitur ita dolus, sicut ibi. de hoc vide per me.ff.de mino.l.minor.xxv.an.omissam.& ita istud dictum Ia.intelligas.

Is autem. Inspicitur quantū ab initio interest.h.d. Primò quero exempla de diminutione, dic vt in gl. Oppo.ꝙ interesse in contractibus bonęfidei, inspicit vsq; ad sententiam in contractibus stricti iuris, vsque ad lit.contest.vt.l.iij.§.in hac.ff.commo. Solu.dico, quòd hic inspicitur vsq; ad siniam. Sententiā autem appello, quando iudex precepit, ꝙ edat: & si concordat in contractibus bonęfidei. Et si tu dicis, quomodo. imo ista actio est stricti iuris. Rn̄. lex contraria loquitur in his, quę petuntur iure actionis: & ideo incipit interesse à tpe more.& crescit vsq; ad lit.contest.vt ibi. Hic vero in his, quę petunt iudicis officio: in quo casu nulla dicitur precedere mora, donec iudex precipiat: vt.l.cum postulassem.in princi.ff.de dam.infec.ideo inspicitur tēpus, quo iudex precepit.ita vult dicere gloss.hic. Vltramontani aliter dicunt; vt dixi in leg. contraria. Tu dic ꝙ ille.§.aliter intelligitur, q; de tempore vsq; ad id, quod crescat interesse; vt ibi dixi. Tamen quo ad intellectum huius leg. debes scire, ꝙ quando interesse venit iure actionis, semper inspicitur quantū intersit ab initio cum committatur mora: vt.l.fundum cornelianum.ff.de noua⁹.dixi in.l.vinum.ff.si cer.pet. Sed hic petitur iure actionis, merito inspicitur initiū, quod est quando contempsit officium iudicis: contraria loquuntur, quando interesse venit officio iudicis mercenario.

SVMMARIVM.

1 *Officium iudicis cessat, quando habet locum actio ordinaria.*
2 *Deponens pecuniam penes nūmularium, uel pignus apud usurarium, uidetur mandare, ut conficiat rationes: & talis edit officio iudicis.*
Vsurarius cogitur ad edendum libros rationis.
Nūmularius etiam hodie cogitur edere libros rationis.
Libris nūmulariorum hodie non adhibetur tanta fides, sicut olim.
3 *Instrumenta, quo iure petat, quis si ei edi?*

Quædam. Qui confecit rationes ex necessitate pręcedētis cōtractus, vel quasi; cogit illas edere
1 actione ex eo contractu, non ex hoc edicto.h.d. No.ꝙ† quādo habet locū actio ordinaria, cessat officiū iudicis, & actio in factum. Opp.& videt ꝙ ista lex destruat totam materiam. Nā vbi est mandatum, cessat hoc edictum. sed in.l.si quis ex argentarijs.§.pertinere.s.eod.dicitur, ꝙ istud edictum non habet locum, nisi rationes sint confectę me mandante: sed si me mandante sunt confectę non habet locum, vt hic. gl.signat istud contrariū in.l.j.§.officio.de tu.& ra.distr.nec bene declarat. Dic secundùm quòd dicebant Nic.de Mat.Iaco.but.mandatum debet esse gratuitū; vt.l.j.ff.mā.vnde si rationes cōficiantur à procuratore, qui spōte suscepit mandatū, habet locum actio mandati. Sed si conficiantur rationes ab argentario, qui hoc facit ex necessitate officij; vt.l.argentarius.ij responso.ff.e. non dicitur mandatū: quia nō gratuitum. Idem si cōficiatur instrumentū à notario: quia facere tenetur de necessitate officij; vt.l.pe.C.de defen.ciui.& ita loquit §.ptinere.
2 Et dicūt prædicti doc.† ꝙ eoipso, quòd quis vadit ad argentariū seu nūmulariū, & apud eū deponit pecuniā, vel aliquid aliud cū eo gerit; videt
a sibi mādare,[a] quòd de hoc rōnes cōficiat propter cōsuetudinē; vt.l.vel vniuersorū.ff.de pigno.act.&.l.Titianus.ff.quòd cum eo. Et idē diceremus in vsurarijs, quib⁹ scholaris dat pignus. Nā eoipso videt sibi mādare, quod de hoc rationē conficiant; nec tamē inde oritur actio mandati: quia non est mandatū gratui-
b tū, sed magis fit ex necessitate officij, vt dixi. Et sic[b] isti mercatores & nūmularij hodie etiā vsurarij poterunt cogi nobis edere librū rationū, sicut olim: quia eadē rō est in vsurario, expressum est hodie extrà de vsuris.c.j.§.pen.in cle. Non tamē per hoc dico, ꝙ tanta fides adhibeatur libris eorū hodie, quanta olim: vt dicā statim.ff.ead.l.§.nūmularios. sed dico, ꝙ debeant cogi hodie nūmularij nostri tēporis, qui ex cōsuetudine rōnes cōficiūt, sicut olim.
3 † Pro declaratione[c]
c materiæ, & glo.hic positæ, dic breuiter sic: qn̄ aliquis petit sibi edi instrumēta, quo iure petere debeat? dic aut prætendit interesse rōne dominij: & petit actione ad exhibendū: vt.ff.ad exhi.l.iij.§.sciēdū. vel actione famil.ercisc.si dicit instrumentū esse suū pro parte hæreditaria: vt.ff.fami.ercisc.l.si quæ sunt cautiones.& C.eo.l.pcurator. Aut prætēdit aliud interesse, quàm dominij: tūc siquidem sunt instrumēta pertinētia ad cōtractus, & ad actus inter viuos: tunc aut sunt confecta ex necessitate alicuius contractus, vel quasi contractus præcedentis: & agitur actione descendēte ex eo contractu, vel quasi; vt hic.&.l.j.§.officio.de tute.& ra.dist. Si verò talis cōtractus nō præcessit: tūc aut ille, qui illa instrumenta, vel rationes habet, ea confecit me mandante tacitè, vel expressè ex natura alicuius officij: & cogitur mihi edere per hoc edictū. vt l.prætor.in prin.s.eo.&.l.si quis ex argentarijs.§.pertinere, vt.ff.ea.l.§.nūmularios, & extrà de vsuris.c.j.in cle. Aut hoc nō fecit me mādante, sed alio mō apud eū sunt: tunc, si quidē apud aliū me mandante sunt cōfecta, ita ꝙ ad me pertinerēt: possum petere, ꝙ mihi edantur vtili actione in factum; vt.ff.ea.l.§.is autē. ver.quòd si nihil dolo. Sinautē me mādante cōfecta nō fuerūt, sed in eis aliqua mea vtilitas cōtinet: tunc aut quis petit hoc ab extraneo sibi edi: & non potest petere; vt.l.si quis ex argentarijs.§.pertinere.s.eo. Fallit in fisco; vt.l.iij.s.e. Aut hoc petunt inuicē actor & reus: & tunc recurre ad distinctionē, quā vidisti in.l.j.§.editiones.s.e. Aut actor petit à reo ad fundādam suā intentionē, aut ad eam coadiuuādam: aut ad suā exceptionē vel replicationē fundandā: dic vt ibi dixi. Si verò sunt instrumēta pertinētia ad vltimas voluntates; tunc peterentur per interdictum de tabulis exhiben. vel per edictum, quemadmo. testa. aperiantur. vt hic in fi.glo.

SVMMARIVM.

1 *Successor notarij cogitur edere prothocola, sicut notarius.*
2 *Beneficium huius edicti directum, non transit contrà singularem successorem.*
3 *Notarius potest legare rationes, & prothocola & etiā uiuus alij donare.*
4 *Notarius impeditus potest facere, ut alius sumat instrumentum de prothocolis suis.*
5 *Emolumentum, quod percepit hæres ex prothocolo ante, quā illud tradat legatario, debetur ipsi legatario.*
6 *Pecuniæ quæ rediguntur ex prothocolo, quòd non sint in fructu: & sic non debeantur fructuario.*

d Nihil interest.[d] Hoc edictum habet locū in successoribus vniuersalibus argētarij: licet eiusdē professionis
e nō sint. tn̄ secùs in successoribus[e] singularibus; sed ad
1 eos in subsidiū recurret vtili actione.h.d. † Not ꝙ successor notarij cogitur edere prothocola, sicut ipse notari⁹. Secūdò no.ꝙ hęres debet oīno fungi iure

a Mandare. Adde & hoc refert & sequitur Bar.consi.cclxiiij.ij.lib.

Vide omnino mod.ferra.in.l.j.colū.antepe.& pe.ff.de eden. vbi videntur destruere p tria fundamenta dictū Bart.hic. Anto.Rube.Alexan.

POMATES.

b Et sic. Vide an propter cōsuetudinem quis teneatur edere melius, quā alibi per Aretin.& Philip.Decium in sua repet.c.j.de probat.in.vij.col.versi. fallit.v. Pañ.consi.xlij.in.j.volu.per Fely.cap.j.de proba.in vlt.colū.

POMATES.

c Pro declaratione. Vide Decium in princ.in versi.in text.ibi, qui reprobat Bar.hic in vers. sinautē. vide Alex. cōsi.lviij.col.ij.vo.j.

d Nihil interest. Vide quid per istū tex.dicat Fely.c.fina.in.j.notabili.de probatio.

e Successoribus. Adde post domi. Alex.& Ias.inquātū volūt, quòd appellatione successoris, non veniat singularis, nisi dictum sit quibuscuq; qđ tamen si quis accipiat feudum pro se & hæredibus successoribus suis in quibuscunq;, etiam incapacib⁹; quòd spurij, nec leg.nec morib⁹ improbati succedent: dato etiam quòd esset cōsitetudo Regia quòd incapaces possint retinere feudum per annum, & capaci reddere. & hęc sunt notabilis consultatio Bald.lxx.j.libr. vbi alia notāda dicit.

a ¶Per aliũ. Adde
videndum Petr.
deAnc.cõſ.ccxliij.
Bal.cõſi.lxxxv.ij.
lib.& cõſ. ccccxiij.
iiij.lib.
b ¶Fructus. Vide
Barto. eius conſi.
cliiij.

POMATES.

c ¶Sed quero. vide
Feder. conſi. xix.
ad fi. Panor. cõſil.
xxxiiij.colũ.ij.vol.
iij.Fel.c.j.ix.colũ.
de pb.&.c.ſequẽt.
col.iij. Ro.conſil.
ccv.Feli.c.cũ cãm.
co.ij.de proba.Bu-
tri.conſili. xxxvij.
Barba. in rubr. de
fid.inſtr.in. j. colũ.
* Pro concordia ad
uerte, quòd ſi epi-
ſtolã tibi miſi, vel
in libro meo ſcri-
pſi me recepiſſe à
te.x.vna die.xv.a-
lia die aliam ſum-
mam: an poſſis tu
acceptare illã epi-
ſtolã, vel librũ in-
quantùm facit pro
te,& non inquan-
tum facit cõtrà te.
Bart. voluit quod
ſic in.l.Aurelius.§.
idem quęſijt. ff.de
lib.leg.ita intelligẽ
do.l.Publia.in fi.
ff.depo.Contrariũ
tamen arguitur in
hac leg. ꝙ in hoc
§.ſed ſi bñ iſpiciat
nõ cõtradicit. Nã
vbique ſenſit, aut
ſunt ſeparabilia ca
pitula,& procedat
prima op.aut non
ſunt ſeparabilia,
& procedat ſecũda
opiñ.& ita intelli-
git.d.l.Publia. &
hãc.l.qdam.in fin.
Adde ad cõſilium
Bal.cclvij. in lib.
primo. vbi collgi
poteſt alia ſolut.
ſubtiliter intuenti.
ſcilicet an fuerit ac
ceptum in totum,
quòd ibi contine-
tur, vel non &c.
d ¶Cõtrà eos. adde
Roma. conſi. ccc-
xlvj. an valeat ſta-
tutum quòd libris
mercatorum detur
fides Bald. indeci-
ſum relinquit cõſ.
ccclxxv.iiij.li.

POMATES.

e ¶Edi autẽ. Limi
ta iſtum tex. dum
dicit à capite edi de
bet, vt per Alex.in
rubr. ff. ſol. matri.
colũ.iij. Abb.conſil.xxv.vo.j.

2 defuncti. ¶Tertiò no.† ꝙ beneficiũ huius edicti dire
ctum, non tranſit cõtrà ſingularẽ ſucceſſorem: ſicut
nec cęterę actiones perſonales, de quo per Dyn.in
l.fluminũ.§.adijcitur.ɉ.de dã.infec.& extra de regu.
in.c.is qui in ius.lib.vj.Solu.ſi actio eſſet realis: tunc
ſucceſſor ſingularis teneretur tanquàm poſſeſſor,
non tanquam ſucceſſor; vt.l.de eo.in fi.ɉ.ad exhiben.
3 ¶Item no.† ꝙ notarius: vel argentarius poteſt lega
re rationes,& prothocola ſua: & põt alijs etiam viuꝰ
donare: quod eſt magis no. vt hic in tex.ibi, non magis,
quam ſi eas viuus donaſſet. Et ſic facit,† ꝙ nota-
4 rius viuẽs, poteſt facere quod de ſuis protho colis ſu
a matur inſtrumentum per alium[a]. Quod puto verũ,
ſi eſt impeditus longo impedimento: ita, quòd non
poſſit ipſe in publicam formam edere, impeditus ab
ſentia, vel infirmitate. argu.l.j.ſ.de offi.eius cui man-
data eſt iuriſditio.& l.ſi longius. in princi.ɉ. de iudi.
& de va.mu.l.penul.& in authenti. de tabel. per to-
tam illam conſtitutionem. Et vide quod no.in.c cũ.
p.extrà de fide inſtrumen.& quod nota.Specu.in ti
tu.de ſid.inſtrumen.§ inſtrumentum.ver.item opp.
Facit.l.fi.§.ſi autem dubius.C.de iure deliberan.&
not.in.l.diuus.§.item ſenatus.ɉ.de falſis. ¶Vltimò
nota, quod legatarius poteſt cogi in ſubſidium. ¶Se
5 cundo quęro† iuxta iſtam legem, quid ſi hęres edi-
derit ante, quam legatario traderet, quod potuit, vt
hic: an commodum, quòd exinde perceperit, tenea-
tur reddere legatario? & puto quod ſic.per.l. Herennius.
ɉ.de vſu.& .C. de vſur.& fruc. lega.per totum.
6 ¶Sed iuxta hoc† quęro, vtrum illud quòd ex illis
b prothocolis percipitur, dicatur fructus[b]; & ſic perti-
neat ad fructuarium: dico breuiter, ꝙ non: quia ille
non eſt fructus rei, qui ſemel tantum ex re percipi-
tur; vt.l.diuortio.§.ſi vir.ſoluto matrimonio.& in cur
ſu temporis non reuoluitur; vt ibi. Sed iſte fructus,
qui ſemel ex porthocolo percipitur, non renaſcitur:
quòd probo. Inſtrumentum ſemel editum non de-
bet iterum edi, niſi probetur caſu perditum; vt lege
ſi quis ex argentarijs.§.prętor ait.ſupra eodem. Ca-
ſus autem perditionis non eſt ex pectandus; vt.l.in-
ter ſtipulantem.§.ſacram.ɉ.de verbo, obligati. ergo
&c. Sed ſi eſſent tales ſcripturę ex quibus fructus
percipiatur ſępe & ſępius; vt ex petijs gloſſarum,
& aliorum ſcriptorum, vel ex libris ſtatutorum,&
aliarum reformationum,& ſimilium: tunc dicerem
eſſe in fructu. Ita intelligo iſtam materiam breuiter.

SVMMARIVM.

1 *Numularii tenentur edere, licet de ipſis in edicto non fiat mentio.*
Omnes tenentes apothecas, & uendentes, & rationes conficientes tenentur edere.
2 *Libri mercatorum, & aliorum conficientium rationes, probant contra eos pro tertio, & contra tertium faciunt ſemiplenam probationem: pro ſe probant quando continẽt capitula ſe inuicem contingentia.*
3 *Libri gabellarũ, & receptoris collectarum, ac aliorum publica authoritate receptorum probant.*

Numularios. ¶Ad euidentiam dicas.
ꝙ olim erant quidam ar
gentarii, qui non tractabant, niſi monetam argenti,
Quidam erant numularij qui tractabant omnem
monetam.& iſti vocabantur numularij: & breuiter
hoc intendit. Numularij coguntur edere ſuas ratio-
1 nes, ſicut argentarij eadẽ ratione. hoc dicit. ¶† No.
quòd licet de numularijs non dicatur in edicto prę-
toris: tamen ipſi coguntur edere: quia rationes confi
ciunt, ſicut argentarij. Quam rationem nota. Per
quod idem dico in mercatoribus,& campſoribus no
ſtri temporis: & in vſurarijs & in ſtationarijs, qui li-
bros ad vendendum conficiunt, vt rationes edere co
c gãtur; vt dixi ſupra eo.l.j.ĩ pricip. ¶Sed quęro[c]† an
2 libri iſtorum faciant fidem hodie, ſicut olim? Gloſ-
ſa hic diſputat multum bene. finaliter determinat
quod fidem faciunt contra eos,[d] non pro eis. ¶Sed
an pro alio vel contra alium illi libro credatur? gloſ-
ſa non tangit. Puto, quòd hodie iſti libri pro, vel con
trà tertium, faciant ſemiplenã probationẽ.& iſta eſt
illa priuata ſcriptura, de qua dicit gl.in.l.admonẽdi.
ɉ.de iureiurando.& in.l.bonæfidei.C.de reb.cred.& ita tenet Nico.de mat.
& Iaco.butr. Quod puto verũ, niſi talis mercator eſſet ſuſpecta perſona. ar-
gumẽ.ſ.e.l.ſi quis ex argentarijs.§.primo. ¶Sed aduertendum eſt: quia in-
nuit iſta gloſ. quod olim credebatur iſtis libris rationum. pro ſe quod vide-
tur mirandum: quia contrà.l.exemplo.C.de probat.& quia notarij qui ha-
bent officium ex publico, non poſſunt facere inſtrumentum pro ſe, vt.C.
de his, qui ſibi adſc.in teſta.per totum.& infrà ad.l.corne.de fal.l.de eo.& l.
diuus. Vnde puto, quod nec eis olim credebatur pro ſe, niſi quatenus illa ra
tio contineret capitula ſibiinuicem contingentia: ita ꝙ non poſſet pro par-
te acceptare: & vti pro ſe: & pro parte repudiare,& non vti contra ſe: vt.l.
3 Publia.in fine.ɉ.depoſi. ¶Vltimò not.† bene, rationem huius gl. quòd ideo
libris eorum ſtabatur: quia authoritate publica eligebantur. Et ideo dico,
quòd in ſcripturis eorum, qui eliguntur ad recipiendas gabellas, vel colle-
ctas authoritate publica, poſito quod non ſint publicæ, eſt ſtandum eadem
ratione, qua hic. Idem dico de ſtationario, ſi authoritate publica eligetur, vt
eius liber faceret fidem.& iſta etiam probantur infrà lege proxi.in princi.

SVMMARIVM.

1 *Officium, qui authen. publica gerunt, omnes edere tenentur.*
2 *Notarius pro imbreuiatura inſtrumenti, & extenſione, licitè accipit pecuniam.*
Notarius petit officio iudicis, ut ſibi ſalarium conſtituatur.
3 *Notarius ſi in prothocolo dicit: talis uẽdidit tali pro tali pretio per præſentibus teſtibus &c. alius notarius extrahens illam imbreuiaturam, poteſt illam complere & extendere iuxta conſueta.*

* ARgentarius. ¶Argentarij,& omnes qui gerũt of-
ficium publicum, coguntur ſuas ra-
tiones edere. hoc dicit. ¶Not. ꝙ ſcripturæ iſtorum faciunt con
1 trà tertium,& pro tertio. ¶Nota,† quòd idem ius, quod eſt in
argẽtario, eſt in omni eo, qui authoritate publica gerit officium: per quod
rationes conficiat. ¶Quæro, qui ſunt iſti ſimiles? Glo. ponit exemplum in
numularijs & notarijs: tamen notarij non edunt niſi accepta pecunia.
2 ¶Sed† quæro, vtrum licitè notarij accipiant pecuniam? Reſpond. ſic tam
pro prothocolo, ſiue abbreuiatura, quàm etiam pro extenſione, cum in pu
blicum redigitur: vt.C.de priu.agen.in re.l.fi.circa medium. ¶Aduerte ta-
men: quia licet non teneatur reſtituere, niſi accepta pecunia, tamen non ha
bet officium iudicis, per quod poſſit impetrare, vt ſibi conſtituatur ſalariũ,
vt.l.j.§.j.ɉ.de vari.& extraord.cogn. Poſſemus fortè dicere, quòd hodie per
conſuetudinem, quæ eſt, vt ſibi detur pecunia, videatur hoc tacitè agi. ar-
gumẽ.l.excepto.C.loca.& de agri.& cenſi.l.domini prædiorum. vnde poſ-
3 ſet agere fortè vtili ex locato. ¶Item not.† ex eo, quòd dicit abſimiles quia
dicit Franc.accur. quòd dominus Accur. Allegauit in quadam cauſa verũ
fuiſſe, quòd quando tabelliones ponunt in abbreuiaturis hoc modo: Talis
vendidit, tali pro tali pretio, præſentibus teſtibus &c. quod ibi intelligitur,
ꝙ in charta debet, vel ſolet apponi, vt quandoq; alius tabellio illam abbre-
uiaturam implere poſsit,& eam complere dicto modo, propter vnũ, quod
eſt in abbreuiatura: dum dicit &c. hoc dicit. ex hoc verbo &c. quia compre
hendit cætera ſimilia: cum per hoc intelligantur omnes alij contractus iu-
riſgentium, qui non ſunt in ſuo proprio nomine. Ad idem facit.ɉ.de libe.&
poſthu.l.iij.§.ij.pro hoc.l.gallus.§.j.&.§.nunc.de leg.eo.ti.& ibi per Dy.not.

SVMMARIVM.

1 *Particula libri uel inſtrumenti quando ſit edenda, & ſufficiat.*

e Edi autem.[e] ¶Non debet edi totus liber, ſed tota ratio, prout
pertinet ad petentem hoc dicit. Not. partem neceſ-
1 ſariam tantum edi. Contrà.ſ.eo.l.j.§.pen. Solu. breuiter.† Quandoq; officia
lis publicus dat alicui ſcripturas tanquam ad eum pertinentes: & tunc po-
teſt edere particulam, vt hic.& ita obſeruatur de conſuetudine: cum datur
particula teſtamenti legatarijs. Ita notant docto.in.l.fina.C.de preci.impe.
offe. Et illa particula ſufficit legatarijs, cum plus non debeant habere. Quã
doq; edit quis ſcripturas ad probationem iuris ſui: & tunc quædam eſt edi
tio, quæ fit iudici: & tunc deberet edere in totum: alias non valent: vt.l.j.§.
peñ.ſ.eo.& l.in ciuile.ſ.de leg. Quædam eſt editio, quæ fit parti & tunc ei
non debet edi, niſi illud capitulum quod ſpectat ad propoſitum, quod fa-
ceret pro ſe, vel contrà ſe. argu. huius.§.& extrà de fide inſtrum.c.contingit.
& ibi per doc. Et habemus hodie vnum caſum extrà de priui ca.cum perſo
næ.lib.vj.& de hoc dixi ſuper rub.de oper.noui nuncia. ¶Sis ergo cautus,
ſi eſt vnum inſtrumentum cõtinens multa capitula, ne facias fieri copiam
alteri parti: niſi de eo, quod pertinet ad id, de quo agitur, quod ſæpe accidit
in inuentarijs,& alijs ſimilibus inſtrumentis. Sic fit hic in libro ſeu inſtru-
mento archiepiſcopi, quod habet multa capitula, & illis de caſtello datur
capitulum, quod de ſua pace tangit.& ita vidi in pace archiepiſcopi obſer
uari de facto.& dic vt ibi dixi.

SVMMARIVM.

1 *Probationibus à iudice neglectis, aduerſus eundem quo remedio utendum?*
2 *Edere qui noluit, ubi non ſoluendo eſt, ex clauſula generali reſtitutio datur.*

Cum autem. ¶Iſta actio datur ad intereſſe, quod poſsibi-
le eſt probari in ſecundo iudicio: licet in pri-
1 mo non potuerit. hoc dicit. ¶Quæro, quo iure† ſuccurratur contrà iu-
dicem, qui probationes non curauit? Gloſſa dicit in actione in factum
ex quaſi maleficio, quod eſt verum ſi iudex malam ſententiam dedit de
probationibus

probationibus non curando. Si verò volentem probare non admisit: & pu
a to ꝙ tenetur conditione ex l. si quando. C. de test. ¶ † Quero, quid si iste, qui noluit edere, non est soluendo? Respon. ex clausula generali debet restitui aduersus primam sententiam: cum isto impedimento fuerit ĩpeditus probare. arg. s. de eo per quem factum est. l. fi. circa prin. & idem tenet Inno. in c. preterea. de dila.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum procuratoris editur totum cum die & consule.*

EXempla. ¶ Istam leg. intellige qñ exempla eduntur, vt qs deliberet, an faciat ꝓ se, vel ꝓ aduersario: & cõtra se: secus si petit exẽplũ, vt possit ꝓbare; vt qñ qs petit instrumentum à notario: vel rationes ab argentario: tunc debet edi, ita ꝙ perfectè edat, & probetur: aliàs edi non videtur; vt. l. veluti. in
1 prin. s. e. Et ideo instrm̃ ꝓcuratiõis debet edi perfectè cũ die & cõsule, † & subscriptione. Non em̃ solum editur, vt quis deliberet: sed vt ex eo possit probare contrà principalẽ, si obtinuerit: ne per aduentum procuratoris, ei⁹ conditio fiat deterior: vt. l. ij. §. defendi. j. ex quibus cau. in pos. eatur.

a Fœminæ. [a] ¶ Not. quòd fẽminæ sunt remotę ab officio. & vide quod not. j. de regul. iuris. l. ij. & l. in multis. supra de statu hominum. Opponitur de. l. j. C. eodem. dic vt ibi &c.

Hæc actio. ¶ Opp. glo. innuit, ꝙ ista actio sit ex delicto, cũ nõ detur cõtra heredẽ. Sed cõtra: qa daṫ de peculio; vt. l. pretor. §. j. s. eo. ergo non ex delicto: vt. l. j. §. cũ seruus. j. de his qui deie. vel effu. Solu. Quidã dicũt istã esse anomalam. Alij dicunt, ꝙ licet sit ex contractu: tñ est spãle, ꝙ non detur cõtrà heredem: sicut in. l. si eum. §. qui iniuriarum. s. tit. ij. Do. Iac. but. dicebat ꝙ officiũ iudicis, quo quis compellitur edere: causatur ab ęquitate, quę in surgit ex actu, quem gerit authoritate publica, vt. l. argentarius. secundo respõ. s. eo. & ideò potest cogi ad edendum dominus, & pater. & ex hoc dicitur teneri de peculio. Actio autem quę datur ad interesse: quia non edit, est ex delicto, & illa non daretur de peculio, & non transit in heredem.

De pactis Rubrica.

¶ Postquam editus est libellus, de quo dixi in tit. preceden. quandoꝗ facit actor pactum gratuitum reo, ideo ponitur rubrica de pactis. Quandoꝗ inuicem transigũt: ideo sequitur de transactionibus. Quandoꝗ inuicem non potest esse concordia: ideo est necessarium, quòd litigetur, & partes querunt sibi aduocatos & procuratores. Ideo in seq. lib. ponitur de postulando: & subsequenter de procuratoribus.

SVMMARIVM.

1 *Dictio naturalis relata ad fidẽ, uel relationẽ, semper intelligitur de iure naturali gẽtiũ.*
2 *Copula, quæ cadit inter duo, quorum unum de necessitate inest alteri: tunc cadit inter di uersa: & illa duo in unum resoluuntur.*
3 *Pactum, per quod promittis mihi, quod dabis Titio decem, quem effectum habeat.*

ditionem ordinariam,vel delegatam . Ego diſputaui
de hoc vnam qõnem,quę incipit,ab adunantia gene
rali. Aliâs adunantia generalis.quam vide.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium conceſſum ſuper actionibus,intelligitur de præſen-*
tibus.
2 *Actor uniuerſitatis non poteſt conſtitui ad lites futuras , ſed*
ad plures præſentes ſic.
3 *Actor priuati conſtituitur etiã ad futuras lites.*

Sed ſi ita. ¶ Scđm lec.quã teneo.h. d. Qđ
fit præter formã commiſsionis:
ipſo iure non valet.h.d. Vel.aliter ſcđm aliam opi.
Si actor cõſtituatur ad lites futuras,ipſo iure non va
g let.h.d. ¶ Quæro,quæ iſtarum lect. ſit verior . [g] Re-
ſpondeo,prima. Ex qua no. † ꝙ ſi arbitriũ conceditur
1 ſuper actionibus:intelligitur ſuper præſentibus. Di-
xi.in.l.omnium.s̈.titu.j.quod facit ad multa. ¶ Secũ
da lect.non placet:quia ſi poneremus actorem eſſe
conſtitutum ab ordine decurionum ad lites futuras
valeret:& exponeretur actor.i.ſyndicus:vt probaui.s̈.
eodem.l.j.§.quibus. Tene menti , quod gloſſ. tenet
2 hic † quod actor non poteſt conſtitui ad lites futuras.
Idem in.l.munerum.§.defẽſores.j.de mu.& ho. ¶ Itẽ
poteſt cõſtitui actor non ſolum ad vnam, ſed etiam
ad plures lites:vt not.in.d.§.quibus.allegato in gloſſ.
prout dicit etiam ad vnum.q.d.non ſolùm ad plu-
res.& ſemper intellige,ſcilicet præſentes, ſecundùm
iſtam opi.& hoc eſt verum in actore vniuerſitatis. In
3 actore † verò priuati , videtur quòd poſſt conſtitui
etiam ad futuras:vt .C. de procurato.l.neq; . & quod
ibi not.

SVMMARIVM.

1 *Actor conſtitutus ab ordine decurionum reuocari non poteſt*
ſine authoritate ſuperioris,lite conteſtata.
2 *Syndicus conſtitutus cum authoritate capituli,an poſsit à ſolo*
Abbate reuocari?remiſsiuè.
Idem in actore conſtituto à tutore cum conſenſu pupilli.

Quod ſi actor. ¶ Non ſufficit actorẽ
datum eſſe , ſi poſteà
fuerit reuocatus.h.d. ¶ Not.primo:ꝙ non ſufficit fa
ctum,niſi duret factum. ¶ Secundò not . quod in re-
uocatiòne ſufficit ſolùm decretum decurionum : eo-
dem modo in creatione.ſecundùm Gul.Sed tenen-
1 do opi.gloſſ.no. † .diligenter:ꝙ licet decretũ decurio-
nũ ſufficiat in conſtituendo : vt not.in.l. multi.s̈.eod.
non tamen ſufficit in eo reuocando:vt hic : quia in-
2 telligitur lite nõ cõte. ¶ Quod facit ad multa † , vtrũ
ſyndicus conſtitutus ab Abbate cum conſenſu ca-
pituli,poſſit à ſolo Abbate reuocari. Item an actor
conſtitutus à tutore cum conſenſu pupilli:poſſit per
ſolum tutorem reuocari.de quo per Gul. in.l.ſi quis
mancipij.§.ſi impubes.j.de inſti.& diſtixi plenè in.l.
actor.j.rem.ra.habe.

SVMMARIVM.

1 *Syndicus qualiter conſtituatur:quãdo eſt contẽtio inter uni-*
uerſitatem,& rectorem?remiſsiuè.
2 *Syndicum cõſtituentes ſi ſint excõmunicati,an teneat conſti-*
tutio?remiſsiuè.
3 *Nomina conſtituentium,an inſerantur in mandato? remiſsiuè.*

Actor. ¶ Actor vniuerſitatis debet defende-
re : & de rato cauere , ſi dubitatur de
mandato.h.d. ¶ Opp.gl.de.l.mutus.§.in populari-
bus.s̈.tit.j.Sol.vt in gl. ¶ Item quęrit gl.de aliquibus
quæſtionibus. Primò,an epiſcopo liceat conſtitue
re actorem.Secundò,quis iurat de calumnia. Tertiò
h an talis actor debeat cauere [h] iudicatum ſolui.dic vt
1 in glo. ¶ Extra gloſſ. † Quæro quid ſi eſt contentio
inter vniuerſitatem,& rectorem,qualiter conſtitua-
tur ſyndicus?dic per Innoc.extra de reſcri.c.edoceri.
2 & ibi glo.Bernar. ¶ Item † quæro,quid ſi conſtituen
tes ſyndicum eſſent excommunicati ? dic vt extrà
de procurato.c.fina.dixi.in.d.l. actor.j.rem rat. habe.
3 Item quæro † vtrum nomina conſtituentiũ,debeãt
inſeri in mandato, ſeu inſtrumento ſyndicatus ? dic
vt in.d.c.fin.ergo dixi in.l.j.de albo,ſcriben.

SVMMARIVM.

1 *Vniuerſitatis ſinguli non conueniuntur pro ipſius uniuerſita-*
tis debito.
2 *Syndicus ubi eſt conſtitutus ad obligandum uniuerſitatem , &*
ſingulares: quando ſinguli poſsint conueniri?
3 *Vniuerſitate diſſoluta,an ſinguli de uniuerſitate auferant par*
tem ſuam de eo,quod eſt in communi?remiſsiuè.
4 *Vniuerſitas nõ pro unius de ſuis iniuria , teneatur? remiſsiuè.*

e ¶ Si decuriones.
conſilio . qđ fit ab
eo qui habet autho
ritatẽ , vr̃ factũ ab
eo qui conceſſit au
thoritatem . quod
not. Et adde Io.an.
in.c.is cui. de præ-
ben.lib.vj.in gloſſ.
Adde quod voluit
Ro.conſi.cxvj.

¶ Cõmittere.adde
quod not.Bar.in.l.
oẽs ppl'i. in fi.ij.q.
prin.& vide Inn.in
c.ĩ cau. ĩ fi.prin.de
offi.dele. & tex. in
l.pr̃ de manu.vin

g ¶ Sed ſi ita.ſit ve-
rior. No.in.l.dã.in-
fect.§.ſi is qui vici-
nas.j. de dã.infect.
& vide qđ dixi ibi
ad intellectũ hui⁹.
§.in.l.inuitus.C.de
procu. Et hæc eſt
rõ , quare actor nõ
cõſtituatur ad lites
futuras.quia ad cõ
ſtituendum actorẽ
requiritur decretũ
iudicis, qđ nõ tra-
hit ad futura: ita in
telligit iſtum tex .
Bal.in.l.inuit⁹.ĩ fin.
col.C. de pcur.fa-
cit.l.j.in fin.de vſu.
cum fi. Adde Pau.
de caſt.in.l.actor.ff.
rem ra.ha.

h ¶ Actor cauere.an
actor ſatiſdet iud.
ſol. adde Spe.in ti.
de ſatiſdã.§. expe-
dito.verſi.actor. &
qđ not. gl.inſti.de
ſatiſdat.§ . fin autẽ.
in verſi.qbuſdã.

a ¶ Conueniri. An singuli de vniuersitate posint conueniri pro debito vniuersitatis. adde no. per Inno. in c. humilis. de maio. & obedi. & quod no. Bar. secundùm Inno. in l. potest. in ti. ff. de autho. & tu. Et quid in bannis & iurisditionibus, an posint in singulos exerceri? vide Inno. in c. dilectus. de capel. mo. Specul. in ti. de iurisdi. om. iudi. in fin. per do. Flo. in l. seruitutes. la. ij. de seru. tit. generali. Et quid si sint aliqui exempti. vide Innocen. in c. certificari. de sepul. & Innocen. in c. grauen. de sen. excom.

b ¶ No. Diligenter. Facit an ad mandata directa collegij posint singuli cõpelli. Vide c. eã te. de rescri. ca. bone. el. ij. de postu. p̃la. per Ioan. andr. per Innoc. in c. Ro. §. vniuersitatis. de sent. exc. in vj. Adde Bar. hic. & vide Io. an. in regula nõ debet in mercu. & quæ dixi in l. iiij. §. si actor. de re iudi. post Bar. & cũ glo. hic vide Bald. in l. etiã. in iij. col. C. de execu. rei iudi. est etiã in iiij. col. Adde qualiter veniat vniuersitas Bald. consil. ccxlv. j. li. & consil. lxxx. ij. lib. An. consilio. clv. & secundùm Ant. cõsilio. cclxviij. vniuersitas nedum cõsideratur respectu maioris partis, sed etiam maioris potentię. & vniuersitas non tenetur ex delicto præsidentium, vel administratorum: vt voluit Old. cõsi. lxvj.

POMATES.

b ¶ Remanet. Vide pulchrè Bal. l. non ambigi. ff. de legi. Imolam latè i. l. j. §. municipes. de acq. pos. per Imol. in c. cum ex iniuncto. de ope. no. nun.

c ¶ Conseruat. An collegium remaneat in vno. vide Imo. in c. cum ex iniũcto. de ope. no. nunci. & hic adde Barto. in l. si grege. de lega. j. & p hoc vide qđ no. Inno. in c. cum nobis. & in c. illa. de elec.

d ¶ Faciunt gentẽ. Adde not. in l. pater. §. Tusculanus. de leg. iij. & glos. in c. gratum. de postula. & lxviij. distinc. si forte. Facit iste text. ad q. de quib⁹ per doct. in l. si grege. de lega. j.

Sicut. ¶ Sicut vniuersitas põt agere: ita potest conueniri hoc dicit. ¶ No. Diligenter, † quod pro debito
1 vniuersitatis singuli non posũt conue-
a niri.[a] Facit quod habuistis in l. j. in magna glo. quod
quisque iur. s. ¶ Sed quæro extrà gloss. Pone, quòd
2 † in syndicatu est dictum: fecerunt eum syndicum
ad obligandum vniuersitatem, & singulares personas vniuersitatis: & ita obligat syndicus, an tunc singuli poterunt conueniri? Istam quæstionem pono in l. iiij. §. actor. infrà de re iud. & dico sic: quia debes scire, quòd contractus factus ab eo, qui habet potestetem condendi legem, lex est. vt l. pe. C. de dona. inter vir. & vxo. & l. Cæsar. infrà de publi. Aut ergo vniuersitas, vel illi de vniuersitate, qui fecerunt talem syndicum, poterant facere legem: & tunc poterit quilibet singularis de vniuersitate conueniri. Aut legem facere non poterant: & tunc non poterunt ex hoc singulares homines conueniri: nisi fortè illi, qui fuerunt præsentes. nam & illi conuenirentur ex pro-
3 prio mandato. ¶ † Quærit glossa quid si vniuersitas dissoluatur. vtrum quilibet auferat partem suam de eo. quod est in communi & determinat quòd sic. Quod examinaui plenè in l. fi. infrà de col. illi. Item quærit gloss. quid si aliquis de vniuersitate non est soluendo: vtrum res vniuersitatis posint capi: & de-
4 terminat, quod non. ¶ † Item quærit gl. quid si aliquis de vniuersitate per se facit iniuriam: an teneatur vniuersitas, vel econuerso? dixi in l. aut facta. in fi. infrà de poe. & hoc iam multum disputaui, & practicaui.

SVMMARIVM.

1 *Ius uniuersitatis conseruatur in uno solo.*
2 *Populum quot homines faciunt, tot faciunt gentem.*
3 *Vniuersitate destructa, proprietas bonorum pertinebit ad illud collegium, quòd superior restaurabit.*
4 *Bonis uacantibus, agnitio fisci est necessaria.*
5 *Vniuersitate destructa, si est clericorum: bona eius possidet Christus, uel uniuersalis ecclesia.*

In decurionibus. ¶ Licet personę mutentur vniuer
b sitas tamen eadem remanet.[b] Item si vnus solus re-
c manet: ius & nomen vniuersitatis conseruatur[c] in illo. hoc dicit. ¶ Oppo. de l. Neratius. infrà de verbo. signi. Solu. vniuersitas, vel collegium constituitur ex
1 tribus, vt ibi. Et licet † deueniat ad vnum, & vnus nõ sit vniuersitas: ius tamen, & nomen vniuersitatis, seruatur in illo, vt hic. ¶ Quæro extrà gloss. ex quot constituatur populus? de hoc per gloss. extrà de elec. c. j. ¶ Item quæro, quid de gente, quot homines faciunt gentem? De turba habemus in l. prætor infrà vi bo. ra. De gente, non habemus bene expressum. Sed text. in l. omnes populi. de iusti. & iu. & text. insti. de iure naturali. §. omnes populi. videtur dicere,
2 quòd gens & populus idem est. Et ideo, † quot fa-
d ciunt populum, tot faciunt gentem.[d] ¶ Quærit glo. vtrum vnus solus, qui remansit, posit constituere syndicum? & quid si nullus remansit? Primò videndum est, quid erit de proprietate rerum ecclesiæ. Secundò, quid de possesione. De proprietate di-
3 cunt † quidam, quòd bona sunt vacantia, sicut hæreditas, & illa bona pertinebunt ad illud collegium, quod superior instaurabit loco illius. Alij dicunt, quòd statim pertinent ad fiscum, sicut bona vacantia: vt lege primà. §. an bona. infrà de iure fisc. Et sic
4 tenẽt isti, † quòd in bonis vacantibus, non est necessaria aliqua agnitio, per fiscum: hoc non puto verum secundùm Dyn. in d. §. an bona. Præterea de hoc est casus in l. iiij. infrà de fideicommiss. lib. §. eadem. & §. quod si ita. vbi est tex. quod sit necessaria agnitio p fiscum: vnde prima opi. est verior. ¶ Sed est videndum de posesione. & hæc fuit opi. cuiusdam Archiepiscopi moysens. quod parietes Ecclesiæ posident, quod est durum: vt l. j. §. Sceuola. si quis test. lib. esse

d POMATES. ¶ Gentem. vide Abba. consi. xxv. in ij. colum. iiij. dubio. x. vol. & consi. xxxviij. in fi. col. eo. volu. Præpo. c. non est. §. ius verò. vj. dist.

e ¶ Citare vniuersitatem. Modus citandi vniuersitates per Barto. in d. l. non potest.

ius fuerit. Secundũ glo. veritas est, q̃ si est collegium laicorum destructum, possessio vacat: sicut rei hære-
5 ditariæ, vt in glo. †. Si est collegium clericorũ, tunc dicit Inno. quod posidet Christus vel vniuersalis Ecclesia: vt not. per eum in c. cum super extrà de cau. pos. Ego dixi plenè in l. j. §. municipes. cum l. seq. j. de acqui. pos.

Ciuitates. Si non reperiuntur res mobiles, & immobiles, peruenitur ad nomina debitorum. h. d. ¶ Quæro, qñ quis vult facere citare Vni
e uersitatem:[e] an sufficit citare syndicum. Glos. quod non in l. non potest. j. de reg. iur. Dic quòd citandi sunt qui præsunt ciuitati, vel vniuersitati, vt l. municipibus. j. de condi. & demon. & per Ioan. and. extrà de cõcessio. præben. c. fi. lib. vj.

De negotijs gestis. *Rubrica.*

1 *Edictum de neg. gest. an habeat locum etiam inter præsentes.*
2 *Præsentia cum taciturnitate in concernentibus commodum, inducit consensum.*

Hoc edicto. ¶ Lex ista ponit cau-
1 sas huius edicti. ¶ Opp. q̃ etiã † inter præsentes habeat locũ hoc edictum. vt l. curatoris. C. eo. Solu. glo. fatetur, & dicit, quod istæ sunt rationes impulsiuæ non finales. Nam etiam, qui gerit negotia præsentis vtiliter, sine mandato tacito, vel
f expresso: tenet̃ hoc edicto. est enim tacitum[f] mandatum, quando præsens & sciens pateret̃: vt l. si remunerandi. §. si passus. j. manda. vt in glo. Istud dictum glo. videtur cõtrà legem. filius. §. inuitus. s. titu. ij. vbi
2 præsens non dicitur consentiens. Solu. intellige † qñ agebatur aliquid ad commodum suum: tunc præsentia & taciturnitas inducit mandatum: alias secus. ¶ Quæro ex quo edicto datur possessio: & sic venditio bonorum: dic vt in glo. ¶ Vltimò quærit glo. vtrum illud: quod dicit in fin. ibi, vel iniuria &c. habeat locum tam ex parte actoris: quã rei. dic vt in gl.

SVMMARIVM.

1 *Libellus in actione negotiorũ gestorum, quomodo formetur?*

Si quis absentis. ¶ Inter gerentẽ & eum, cuius negotia geruntur, datur
g actio neg. gest. vtriq;. hoc dicit.[g] ¶ Not
1 bene istum finem † ex quo habes modum formandi
h libellum[h] in actione negotiorum gestorũ: siue agat dominus, siue gestor. Est enim hæc actio generalis: vt no. s. de eden. l. j. in prin. Et debet petere dominus, vt gestor reddat rationem suæ administrationis, ipm̃que condemnari, vt reliqua quæ apparebunt apud eum remanere, restituat: & in omni eo, in quo dominus dãnificatus esset ex mala: aut negligenti eius administratione. Similiter ex parte gestoris, debet peti, vt reddatur sibi à domino quicquid ei abest, vel abfuturum est. ¶ Opp. & videtur, quòd non posit pe-
i tere[i] antequã absit: vt. j. man. l. lucius. Sol. aliud in fideiussore, aliud in gestore. Rationem dic, vt in gloss.

At prætor. ¶ Istud edictum habet duo ca. Primo loquitur de eo, qui gesit negotia viuentis. Secundo loquitur de eo, qui gesit negotia morientis. ¶ Oppo. Innuit iste tex. quòd hæc
k actio est prætoria.[k] Contrà. j. commo. l. commodato. §. sicut. in glo. Solu. dic vt in ea.

l Hæc verba.[l] ¶ No. q̃ masculinum genus comprehendit fœmininum. De quo plenè dixi in l. j. j. de verbo. signific.

Statutum

POMATES.

f ¶ Tacitum. Vide Alex. consi. lxxx. col. iij. vol. iiij.

POMATES.

g ¶ Hoc dicit. Vide Alex. consi. viij. in princ. versi. not. in iiij. volu.

h ¶ Libellũ. De libello adde, qđ no. Bar. in l. q. pupillę. C. eo. in l. si mãdatum. C. eo. & quod no. Bald. in l. si pecuniam. in fi. C. eo. per Specu. in ti. de iudi. §. generalia.

i ¶ Petere. Vide quę dixi in l. Lucius. & Bal. in l. si p eo. in fi. C. manda.

k ¶ Pretoria. Tenet Ray. in l. aduersus. C. eo. etiã ibi tenet gl. vide. ibi Cy. & Fulg.

l ¶ Hec vba. per fictionẽ. No. p statuto loquẽte in casu vero, q̃ nõ extendetur ad casum fictũ. Adde ad l. fin. C. de his q ve. æta. impe. In cõtrariũ facit tex. in l. gallus in. §. & qd si tantũ. cũ. §. sequẽti. ff. de lib. & posth. & ibi hoc tenet Bal. reprehẽdens Bar. hic & in l. oẽs populi. licet p Bar. bene faciat tex. i. l. j. §. j. j. ad legẽ fal. Sed. d. Ioã. in d. §. & quid si tãtum. latè distinguẽs, dicit aut nos loquimur in dispositione iuris communis: aut in dispositione hominis: & vt in scriptis & similibus: aut in dispositione statutaria: & hoc vltimò casu dicit ipse, aut statutum est exorbitans à iure communi: & tunc videtur quòd non fiat extensio ad casum fictum argumen. l. precipimus. C. de appella. & sic intelligit opi. Bar. Aut statutum est præter ius. vl' scđ'm ius et tũc trahitur etiã ad casum. fictũ in

quo est eadem ratio, vt voluit Ioã. and. in simili. in. c. fi. de consuetu. in. vj. in consuetudine. Et pro hoc facit: quia tunc etiam habet locum argumentum à contrario sensu: & procedi potest ex mente, & de similibus ad similia: vt not. Barto. in. d. l. omnes populi. in alijs dispositionibus. vide domi. Ioan. ibi, vbi etiam ponit de intellectu huius tex. & vide Bald. in. l. siue possidetis. C. de proba. & ꝑ hoc, quod dixit Bal. in l. ij. §. voluntatem. sol. matr. vbi si statutum requirit consensum, non verificabitur in ficto cõsensu. Ad quod vide quod dixi post Bart. in. l. apud Iulia. §. fin. j. ex quib. cau. in pos. ea. Et iõ dicit Bart. in. l. j. ff. eo. de fonte. statutũ vetans portare ꝑlas, an intelligatur de fictis: & in hac materia vide Bart. in. l. oẽs populi. in vj. q. prĩcipali, ĩ. xv. col. Adde qđ Bal. latè in ista materia in. l. si qs nõ dicam rapere. in. iij. col. C. de epi. & cler. Adde nõ. per Bart. & doc. post gl. in. l. hęres quoque. de acq. here. & d. Ioã. post Ang. & Bar. in. d. l. j. j. ad. l. falci. Et dicit not. Bal. ĩ. l. trãsigere. in. iiij. colũ. C. de transa. quòd si ẽ statutum, ꝙ de oĩ crimine possit fieri cõcordia, ꝑterquã in homicidio: qđ si qs fuerit cõdẽnatus de homicidio ex contumacia: & sic ex ficta confessiõe, qđ de isto poterit fieri cõcordia. alleg. hic not. Adde no. Bart. in. l. si maritus. ad finem de adult. dicit domi. Abba. sicu. in. c. ad audientiam. de cle. nõ resi. per illũ tex. & p. c. pręcedẽs. & ibi etiã. d. Abb. ꝙ licet statutũ nõ extẽdatur ad fictum, vt hic, &. c. in nr̃a. de iniurijs. Fallit nisi statutum disponeret in materia iuris: quia tunc extendit̃ ad fictionẽ, qñ casus verus & fictus, aliâs ęquiparati essent à iure. Item vera est hęc limitatio, qñ statutũ est cõsonũ iuri cõi. secus vbi esset cõtrari⁹, vel ꝑter ius odiosum: tũc nõ verificaret̃ in casu ficto secũdũ eũ. & facit secũdũ eũ ad no. ꝑ Bar. ĩ. l. oẽs populi. in qõne, an statutum recipiat interpretationem extensiuam, vel restrictiuam. l. ij. C. de noxa. c. ex parte. el. iij. de verbo. signifi. Adde, quòd dicit do. Abbas in. c. gratiæ. de præben. ꝙ dispositio poenalis non extenditur ad casum fictum. allegat ꝓ cõcordanti istũ tex. Sed quòd fictio habeat locum in statuto, firmat pulchrè Bald. in. l. j. C. de nundinis. Barto. in. l. si quis seruo. C. de fur. dicit, quod ius cõe nõ trahitur ad maleficiũ: qđ est fictũ: ꝑ statutũ. & ibi vide remissiuè, an statutũ loquẽs in casu ficto, extẽdat̃ ad casum verũ, & de ista materia latius tangit Io. And. in regula possessor in mercur. Et ꝙ nõ trahat̃ ad casum fictũ, tenuit Bal. in. l. meminimus. C. de legiti. hęre. & nõ r̃n. ad. l. j. §. lex falcidia. Et facit, an statutum loquẽs de cõtumace, intelligat̃ de vero tãtũ. Ang. ꝙ sic, in cõs. cxcv. ad qđ vide Bal. in. l. receptitia. ad fi. C. de cõsti. pec. Adde an cõtumax ꝑ statutũ dicat̃ verè cõtumax. Pau. de cast. consi. xxiij. & cxviij. vbi dicit, ꝙ cõtumax ꝑ statutũ, non est infamis ex tali ficta cõfessione.

SVMMARIVM.

1 *Statutum puniens producentem falsos testes, comprehendit producentem unum testem.*

Negotia. ¶ Opp. j. de testi. l. vbi numerus. Respon. Quandoque de necessitate exigitur pluralitas: & tunc non verificat̃ in vno: vt ibi. Quandoque non exigitur: tunc pluralitas non geminat singularitates. ¶ Oppo. de. l. si necessarias. §. si annua. j. de pigno. actiõ. Solu. ibi fuit positum nomen quaque, quod de necessitate requirit plura. hic secus. Facit ad quęstionem, a 1 † si statutum dicit, quòd producens falsos testes, puniatur certa poena: quòd habeat locum in producente vnum falsum testem, vt hic. s̈. titulo secundo. l. prima. §. i. j. vi bon̄. rap. l. ij. §. homines. vt ibi per Dynum.

SVMMARIVM.

1 *Pupillus aduersus naturalem obligationem non restituitur, nisi ex ea lædi possit.*

2 *Furiosus gerens negotia aliena, quando teneatur actione negotiorum gestorum?*

Alterius. ¶ Iurisconsultus exponit verbũ alterius, respectu personarum: qa continet masculum & foeminam, maiorem & minorem. Sed dubium est vtrum hæc dictio alterius, respectu dominij, vel possessionis intelligatur, vel cura vel solicitudine. & hoc non dicitur: quia in hoc vertitur tota quasi materia, vt dicetur. j. eo. l. si pupilli. §. item quæritur. ¶ Venio ad versi. pupillus. Gloss. declarat optimè. 1 ¶ Quærit gloss. vtrum † aduersus istam naturalem obligationem pupillus possit restitui in integrum. & determinat quòd sic, & bene. Contrarium videtur no. s̈. titu. ij. l. minor. Solue, vt ibi dixi: quia si naturalis obligatio posset lædere minorem: quia ex eo sibi obijcitur compensatio, vel est spes, quod possit obijci cõpensatio: tunc potest peti restitutio: aliâs secus, vt. l. contraria. & de hoc ibi dixi. Facit. l. interdũ. infrà de condictio. indebiti. & infrà de fideiuss. l. Marcellus. & de hoc per Cy. C. de repu. quæ fi. in iudi. l. j. in prima opp. ¶ Opp. quòd pupillus non obligetur naturaliter: vt. l. si pupillus. j. de cõdic. indebi. hoc examino plenè. j. de noua. l. j. ¶ Venio ad versic. si furiosi. 2 ¶ Querit glo. † si furiosus negotia gerat, vtrum teneatur actione negotiorum gestorum. Quidam dicunt, quòd sic: quia in isto quasi contractu non requiritur verus consensus, sed tacitus ex parte gestoris. sed hoc est falsum, vt infrà locati. l. qui ad certum. Vñ alij dicunt, quòd datur actio in factum contrà furiosum, de eo, quod ad eum peruenit. Ista potest esse vera de æquitate, vt. l. si me & Titium. si cert. peta. circà quod vide. l. in negotijs. j. de reg. iur. facit. l. si à furioso. si cer. pet.

SVMMARIVM.

1 *Statutum loquens in casu uero, non trahitur ad fictum.*

Hæc verba. ¶ Hic Iurisconsultus incipit exponere secũdùm caput edicti: & breuiter hoc intendit. Statutum super verò, non porrigitur ad aliud, quod secundùm fictionem inducit̃, nisi specialiter exprimat̃. h. d. ¶ Oppo. glo. j. de religio. l. at si qs. §. labeo. glossa soluit optimè. ¶ Opp. j. de reli. l. j. Sol. glo. & bene. ¶ Oppo. & videtur, quòd negotia hæreditaria dicantur esse hæredis, cum fingatur fuisse hęres adita hęreditate retro à tẽpore mortis: vt. l. omnis hæreditas. & l. omnia fere infrà de regu. iur. Sol. glo. ibi considerauit fictionem, hic veritatem. 1 ¶ Not. bene, † quòd si statutum disponit super veritate, non habet locum, si illa vetitas inducatur per fictionem. quod facit ad multa. Istud declaraui plenè in. l. omnes populi. in materia interpretationis extensiuę. s̈. de iusti. & iur.

SVMMARIVM.

1 *Hæres gestoris necessarij, tenetur in minus quàm defunctus: secus in hærede uoluntarij: quia ita tenetur sicut defunctus.*

Hæc autem actio. ¶ Hic exponit illa verba iudicium eo nomine dabo. 1 ¶ † Quero vtrum datur vniformiter contrà hæredem, sicut dabatur contrà defunctum? glo. hic videtur dicere, quod non. Glo. in. l. ex depo. j. de act. & oblig. videtur dicere, quòd idem sit in gestore voluntario, & necessario? ꝙ hęres teneatur in minus, quã defunctus. Glo. C. eo. l. curatoris. & j. e. l. actio. dicũt, ꝙ illud, ꝙ hęres teneat̃ in minus, habet locum tantũ in gestore necessario: puta in tutore & curatore, & hoc videtur verum, qñ de voluntario nõ reperitur leg. cautum. & istud vult dicere glo. dũ dicit, tñ qñq;. quasi velit dicere glo. regulariter datur contrà hæredem, sicut contrà defunctum. Fallit in gestore necessario.

Si executor. ¶ Contrà executorem datum à prætore, competit hæc actio in eo: quod dolo fecit. h. d. Iurisconsultus expeditus de expositiõe literæ. venit ad materiã, & eam examinat per quæstiones. ¶ Oppo. j. de euict. l. si pignora. gl. soluit pluribus modis, vltima est vera.

Interdum. ¶ Qui gerit negotia deserta, solũ de dolo, & lata culpa tenetur. h. d. ¶ Not. text. & gloss. hic positam, quando in actione negotiorum gestorum habeat locum lata culpa, & dolus &c.

SVMMARIVM.

1 *Actio neg. gest. quãdo detur aduersus gerentem ex necessitate.*

2 *Actio neg. gest. quãdo detur contrà gerentes se, pro tutore cum non esset.*

Hac actione. ¶ Hęc actio dat̃ cõtrà gerentẽ etiã ex necessitate vera: vel putatiua. h. d. ¶ Opp. de toto tit. de admi. tu. & de ti. j. man. So. qñq; 1 † necessitas alicui incũbit ex natura alicuius cõtractus, vel quasi: ex quo oritur propria actio, vt tutelæ & man. & tunc nõ habet locum actio neg. gest. Qñq; propria actio non orit̃ & tunc si gerit ex necessitate: tũc nõ oritur actio directa ex hoc edicto: quia debet intelligi de eo, q gessit sponte. Sed oritur vtilis: & ita debet intelligi hoc, & C. eo. l. curatoris. Ratio: quia verba edicti, dicunt: si qs negotia alterius. Sed qñ tenet̃ gerere ex necessitate, illa negotia sunt sua. s. ipsius gerentis cura & solicitudine: vt. j. eo. l. si pupilli. §. item quæritur. Vnde directa non potest habere locum, sed vtilis ex extensione Iurisconsulti. vt. d. l. curatoris. &. l. actio. j. eodem. 2 ¶ † Quero, vtrum iste habeat locũ in eo, qui gessit tanquam tutor, cum non esset? quidã ꝙ nõ: & qa tũc habet locũ actio pro tutore: vt. j. de eo, qui ꝓ tutore. per totũ. Glo. determinat contrarium in causa, puta quando persona gerentis, non erat capax tutelæ. secus qñ actio tutelæ potest habere locum. & dic de hoc, vt per Cyn. in. l. j. C. de eo qui pro tuto. vbi etiã glo. tangit.

Apud Marcellum. ¶ Mandatũ verũ Titij, vel putatiuũ dñi, nõ impedit actionẽ negotiorum gestorum contrà dñm oriri. h. d. cũ. l. seq. & prin. seq. Dicitur hic cum proposuisset negotia Titij gerere. ergo apparet, quòd gessit cõtemplatione dñi. ¶ Sed qd si hoc nõ ꝓposuisset: de hoc sunt opi. inter Ioan. ex vna, & Azo. ex alia parte. Io. dicit, ꝙ tunc nõ daretur hæc actio. Azo contrà. Oldo. concordat sic: aut loquimur in negotio, qđ est alterius ratihabitione: & procedit opi. Io. Aut in negotio, qđ est alterius re ipsa, vel ipso gestu & procedit opi. Azo. Istud enim videtur dicere gloss. j. eod. liberto. §. j. in vltima gloss. & istud tenebat Mar. sil. & Iac. bu. Iacob. de are. & Petr. aliter dicunt. de quo plenè per Cyn. C. eod. l. si mandatum solius examinabo tibi plenè in. l. quæ vtiliter. j. eod.

Item si cum.

Sed & si. ¶ Falsa opinio domini, non impedit hanc

POMATES.

a ¶ Facit ad qõnẽ. vide Bald. l. diuus. §. diuus. ff. de peti. hære. Ancharanũ c. j. de litis contest. Gemi. in. c. si compromissari⁹. de ele. ĩ. vj. & vide, q̃ vult Bart. l. j. de optio. leg.

actionem contra verum dominum oriri.h.d. ¶Op.
j.eo.l.liberto.§.inter negotia.Solu.dicunt quidã, ibi
poterat pertinere ad eum, cuius negotia gerebantur
quoquo modo. Tu dic melius, vt ibi no.Item iste.§.
est multum contra opi.Ioan.quam modò vidistis.s.
eo.l.iij.in fi. Tamen, quia loquitur in negotio, quod
ad alium pertinet re ipsa:ideo non inspicitur fal. opi.
vt ibi dixi,dicam plenè.j.eo.l.quæ vtiliter.

SVMMARIVM.

1 *Negotium ad nos dicitur pertinere re ipsa, cura, & solicitudine.*
2 *Pupillus in actione negotiorum gestorum, quando est gestum utiliter, etiam tenetur insolidum.*
3 *Et ut quis obligetur ratione negotij ad eum cura, & solicitudine spectantis, debet esse gestum, eius contemplatione.*

a ¶Si pupilli. Adde quę habentur in.l. qui pupillę.C.eo.

a SI pupilli.[a] ¶Actio competens
contra eum, ad quem
spectat negotium cura, & solicitudine nô
impedit oriri actionem contra eum, ad
1 quem negotium pertinet re ipsa.h.d. ¶Not.†quòd
negotium pertinet ad nos, duobus modis.s.re ipsa, &
cura, & solicitudine, vt hic.Sunt alij, qui ponuntur.j.
ea.l.§.item quæritur. ¶Op. quòd actio negotiorum
gestorum datur insolidum, non inquantum est locu
pletior, vt.j.eo.l.quę vtiliter.Sol.speciale est in pupil-
lo, vt hic, &.l.ij.C.eo.& ideo glo.circa hoc distinguit,
2 quæ est clara. ¶†Aduerte tamen, quòd distinctio
hic posita, habet locum in administratore volunta-
rio: nam in necessario etiam pupillus tenetur insoli-
dum, si vtiliter gestum est, licet pupillus non sit fa-
ctus locupletior:vt.l.iij.§.sufficit.& ibi per Dy. infrà
3 de contraria & vti.act.tute.vide glos.no. ¶†Vltimò
no.ꝙ ad hoc, quòd obligetur ille, ad quem negotium
spectat cura, & solicitudine, necesse est, vt eius côtem
platione geratur, vt hic.& ibi, ne tutelę iudicio tenea-
ris, vt.j.eo.l.mandasti, in prin.&c.

* Pro intellectu.l.iurisgentium.§.sed si fraudandi.ff.de pactis.

SVMMARIVM.

1 *Procurator, qui promisit per stipulationem, tenetur.*
Et abundans cautela non nocet.
2 *Contrahens nomine alieno, uel ob utilitatem alterius: & mandatum est factum ad certam personam: quando ipse tantum, uel dominus tantum, uel uterque teneatur?*
3 *Mandatum cum dirigitur ad hominem incertum: quomodo obligatio contrahatur?*
4 *Nuncius non potest constitui generaliter, sed specialiter constituitur.*
Literæ credentiales, quid operentur? remißiuè.
5 *Factum cum expreßione causæ, uidetur factum contemplatione illius, ad quem illa causa spectat.*
6 *Procurator, quando contrahit, an necessario debeat scire se habere mandatum?*
7 *Cautela in faciendo positiones, quando agitur contra aliquem ex contractu procuratoris.*
8 *Actio, ut oriatur inter dominum & procuratorem, nõ est neceße, ut procurator exprimat se nomine domini facere.*
9 *Actor ciuitatis, tutor, uel prælatus cum contrahit, quomodo obligatio contrahatur? remissiuè.*

b ¶Tenetur ergo.& adde ĩ materia Cy. in.l.si creditor.C.si tu.vel cu.interue.& no.in.l.si procurator qui pro euictione.s. de procu.& aliquid per Bal. in.l.etiam.C.de fideicommis.

Item si procuratori. ¶Ex mu-
tuo contra-
ctu cũ procuratore cõtemplatione dñi: dñs tantùm
obligatur.Item obligatio procuratoris, non impedit
actionem oriri contra dominum.h.d.Hic est vna gl.
magna:& eius materiam tractat Cyn.in.l.ei,q.C.qđ
cum eo. Tamen modicum à glo.discrepat, nec ponit
veritatem, nec alibi scio istam materiam esse exami-
1 natam:ideo intẽdo eam plenè examinare. ¶†Quę-
ro igitur vtrum procurator, qui per stipulationem ꝓ
misit, teneatur? videtur qđ non: quia talis stipulatio
fuit superflua: vt hic, dum dicit ex abundanti.ergo
inualida, vt.l.iurisgentium.§.sed si fraudãdi.s.de pac.
Glo.tenet contrarium. Et quòd hic dicit, ex abundã-
ti id est ad maiorẽ cautelã. Et sic no.ꝙ abundans cau
tela nõ nocet. Nõ ob.§.sed si fraudandi. qa ibi super-
fluitas cadit in vitiũ & delictũ:ideo vitiat. secus hic.
b Tenentur ergo[b] procurator & dñs. ¶Quæro ergo,
2 †qñ aliquis contrahit nomine alieno, vel ob alterius
vtilitatem, vtrum obligetur ipse contrahens tantùm:
an dñs tantũ:an vterque? ¶Et vt declarẽ glo.diuido
per tria membra.Quandoque quis habet mãdatum
factũ ad certã psonã.Qñque ad incertã.Quandoque
nullũ habet madatum. ¶Circà primum quando ha
bet mandatum factum ad certam personã, dicit glo.
aut contrahit, vt nuncius:& tenet dñs tantum. Aut
contrahit, vt procurator:& distingue cuius contem-
c platione fiat.[c] Primũ qđ dicit gl.qñ cõtrahit, vt nun-
cius, est clarũ. ¶Scđm qñ contrahit, vt ꝓcurator, hic
aduerte:qa mandatum factũ ad certã psonam, hoc
tantũ operatᷣ:vt illa psona certificetᷣ de mandato: vt
l.si procuratorẽ.s.ti.ij.& ideo considerandum est qua
liter istud mandatum stabat. Aut enim scribebatur
illi certę personæ, ꝙ mutuaret huic, tanq; procurato-
rij:& ipse procurator non tenetᷣ.nisi proprio noĩe se
obligasset:vt hoc.§.Aut scribebatur illi, ꝙ mutuaret
huic:nec adijciebatᷣ vt ꝓcuratori: & hoc factum fue
rit:& tunc procedit, qđ dicit gl.qa recipiens tenetur
ex mutuo, mãdans ex mãdato:vt.l.si literas.C.man-
da.Ratio est, quia quãtũ ad mutuantẽ ille, vt procu-
3 ra.nõ recipit. ¶†Venio ad secundũ, qñ mandatũ di-
rigitᷣ ad hominem incertũ.hic gl.distinguit:cuius cõ
templatione fit mandatũ. Vide glo. qñ. mandatum
ad incertam psonã dirigitᷣ. Põt esse duobus modis.
Primo sic:ꝙ quis scribat illi, cui literæ fuerunt præ-
sentatæ, ꝙ mutuet.vel cõtrahat cũ tali.Scđò modo,
ꝙ quis constituat procuratorẽ, & nõ dirigat literas
ad alium.Si primo modo fuerit factum:ille cui fue-
runt literæ pñtatæ, pinde est ac si ab initio fuerit pso
naliter demonstratus:vt.l.quidã.j.de reb.dub. &.l. si
fuerit eod.titu.&.j.de leg.ij.l.vnum.§.si de falcidia.
Et ideo esset adhibenda distinctio, quæ.s. proximè
facta fuit. Aut contraxit vt nuncius, aut alio modo,
4 vt dictum:est. ¶†Aduerendũ tñ est, ꝙ licet posset
constitui nuncius ad contrahendũ cũ incerta psona
certificanda ex pręsentatiõe literarũ, vel ex alio euẽ
tu:tñ oportet ad certũ actũ cõstitui:non enim põt cõ
d stitui nuncius generalis.[d] Cum enim sit tãq; pica &
organũ proferens verba in personã dñi:vt. l. qui au-
tem.§.fin.cum.l.seq.j.de consti, pecu. nisi esset ei ex-
pressè iniunctũ: nõ posset illud tanquã pica & orga
num ꝓferre. Et ideo literis credẽtiæ, q̃ hodie dirigun
tur tali lateri præsentiũ dabitis plenã fidẽ:vel siĩa nõ
multum releuãt. De earum tñ effectu, dixi plenè in.l.
Lucius.j.de fideiusso.Si verò scđò modo constitui-
tur procurator hic:aduertendum est:aut constat qđ
contrahentes voluerunt, ꝙ obligarentur alter tantũ,
vel ambo:& stamus certo. Aut dubitatur:& tunc aut
procurator dixit se contrahere ꝓcuratorio nomine:
& tũc an ipse teneatᷣ dixi.s.ti.ij.l.ꝓcurator, qui ꝓ eui
ctione.In casu tñ.§.nostri, vbi ꝓcurator accepit mu-
tuum ꝓcuratorio noĩe dñi, ipse nõ obligatᷣ.quia sibi
nihil q̃ritᷣ.nisi seipsum spõte obliget:vt est casus hic.
Si vero nõ dixit ꝓcuratorio noĩe dñi.& tunc aut ex-
pręsit cãm quare hoc faciebat.s.vt expediret in ne-
gotijs dñi cõtrahens cũ eo, qui sciebat eũ esse procu
ratorẽ, & idẽ qa ꝓcuratorio noĩe videtᷣ cõtrahere: vt
hic, ibi, vt creditorẽ tuũ, vel vt pignus tuum liberet.
5 Quod no.† qa in expressiõe causæ p̃sumuntᷣ fieri cõ
templatiõe eius, ad quẽ illa cã spectat. Aut cãm non
expresit, sed cõtrahit simpliciter:nihil exprimẽdo:&
loquor de eo cõtractu, qui ita pertinere põt ad ꝓcu-
ratorẽ, sicut ad dñm & ecõuersò, sicut mutuũ & simi
lia:& tũc ipse ꝓcu.obligatᷣ:vt.l.eũ.C.si cer.pe.An au
tẽ dñs obligetᷣ, aduerte:aut qs cõtraxit cõtẽplatione
dñi, & tũc etiã dñs obligatᷣ, ar.huius leg. Aut nõ cõtra
xit cõtẽplatiõe dñi:qa fortè nihil sciebat de mãdato
& tũc dñs tenetᷣ vtili institoria.casus est in. l. si mu-
e tuã.[e] C.de instito.Si enim hoc operatᷣ ratihabitio se-
quẽs:vt.l.ei q.in fin.C.qđ cũ eo. multomagis man-
datũ p̃cedẽs:& hoc videtᷣ tenere gl.hic in sequẽti mẽ
bro:dũ tractat de eo, qui gesit sine mãdato. ¶Prædi
cta vera, qñ mandatũ fuit speciale ad sic contrahen-
dũ;tunc enim ad obligãdũ dñm, sufficit ꝙ ꝓcurator
exprimat se cõtrahere in dictã cãm:in qua cõstitutꝰ
est ꝓcurator:vt hic.ibi, vt creditorẽ:vel vt pignꝰ libe
ret:licet mẽtiatᷣ:vt.l.j.§. non autẽ.versi.sed & si in p̃-
f tijs.j.de exerci.& hoc videtᷣ tenere Azo[f] in sum. de
exercitoria.& Innocẽ.in.c.vlti.extrà de fideius.Sive-
ro in mãdato cãm nõ exp̃sserit:vel fortè nõ dixit se
ꝓcuratorio noĩe cõtrahere:vt dictũ est:& tũc ille, qui
ageret cõtrà dñm ĩ casibꝰ, qbꝰ dixit dñm obligari. de
g beret hoc ꝓbare:vt.l.si mutuã.et.l.ei q.[g] ĩ fi. C. qđ cũ
eo.vel

c ¶Cõtemplatione fiat. Et adde, qđ si ꝓcur.cũ mandato cõtraxerit ꝓprio noĩe.ꝙ reqratᷣ ratificatio, vel ĩ rẽ verso:als nõ obligatᷣ: vt no.hic p Barto. post gl.& Bal. expresse.ĩ.l.ei q. C.ꝙ cũ eo.qđ aũt si ꝓcurator meꝰ cõtraxit noĩe meo:an ẽt ipse obligatᷣ. vide Bal.ĩ.l.ei q & etiã Bar. hic, cõcordat Bar.ĩ.l.ꝓcurator q ꝓ euictiõe. s.titu.j.

d ¶Nũcius generalis. Nuncius gñalis nõ põt cõstitu. Adde Bar.ĩ.d. l.q̃ autẽ & vide Bal. in.d.l. ei q.C.qđ cum eo.

e ¶Si mutuã. Vide l.Iul.§.si ꝓcurator ff.de act.empti.

f ¶Tenere Azo. Adde Bar.in.d.§.non autem.

g ¶L.ei q Not.fin. ex.d.l. ei q. scđm Bal.ibi post Cyn. & Bar. hic, ꝙ si liber hõ gerẽs negotia mea suo noĩe cõtrahit, se obligãdo, licet nõ habeat mandatũ, põt dñs cõueniri, si in rem eius est versum:vt si ratificauit.

eo.vel saltẽ deberet probare dictã pecuniã conuersam esse in dñi
vtilitatem,vt.d.l.ei q in fi.Sed si non haberet mãdatum speciale,
ad sic cõtrahendũ:ille,q cõtraxisset cũ eo ignorãs mãdatũ, tñ cõ
tra dñm nullã actionẽ haberet: qa ad hoc,vt dñs obligeṫ,vt in ca-
su ṗdicto,reqriṫ vt ille,q cõtrahit cũ ꝓcuratore, sciat ipsum in rẽ
dñi cõtrahere,& dño hoc expedire, vt.l.fi.de exerci.nisi ꝓbaret
pecuniã esse versam in dñi vtilitatẽ,vt in.d.l.ei qui.in fi.C.qď cũ
eo.¶ Quero extra gloss.ex prædictis liquet, an sit necesse quòd
procu.cõtrahẽs dicat se cõtrahere ꝓcuratorio noĩe dñi. Item an
a sit necesse,[a] ꝙ ille qui cõtrahit cũ ꝓcuratore, sciat procuratorem
6 habere mãdatum.¶ †Sed q̃ro,an sit necesse saltẽ, ꝙ procurator
b ipse sciat habere mandatũ?[b] videṫ ꝙ non,vt.l.quero.ĵ.de eo, qui
pro tu.&.ĵ.fami.ersci.l.qui erat.& si cert.pet.l.eius,qui in prouin-
cia.¶ Dy.in quodã cõsilio videṫ dicere,ꝙ illę leges habent locũ,
quantum ad hoc,vt ipse ꝓcurator obligeṫ ex contractu manda
ti:non enim obligatur si ignorat,vt.l.filius.§.inuitus.š.titu.ij. Sed
quantum ad pręiudicandum ei,q mãdauit, nõ reqritur scientia
ꝓcuratoris.Hoc videṫ falsum.& cõtra text.ĵ.iudi.solui l.iij.§.qd
de tutore.ibi,vel dum ignorat.Si enim ignoraret mandatũ, non
põt obligare dñm,vt procurator,sed vt negotiorũ gestor: si eius
7 contemplatione gerit.¶ Sis ergo† cautus ex pręd̃ictis, qñ conue
nies aliquem ex cõtractu procuratoris:quas positiões habeas fa-
cere.Pręd̃icta vera sunt quãtum ad actionẽ,quę debet oriri inter
8 dñm,& eũ q cõtrahit cum ꝓcuratore.Sed quãtũ† ad actionem,
q̃ debet oriri inter ꝓcuratorẽ & dñm,nõ est necesse,ꝙ ꝓcurator
exprimat se noĩe dñi facere.tex.est.ĵ.de interro.act.l.qui seruum.
Videṫ enim semp factum,quantũ est inter eos,ex vigore ṗcedẽ-
tis mãdati:Facit.ĵ.mãda.l.si procuratorem.§.mãdati. Cum enim
aliter faciendo delinqueret procurator,& veniret contra fidẽ da-
tam:hoc nõ debemus pręsumere,vt.l.meritò.ĵ.pro socio. Sunt tñ
quidã actus,qui non pñt celebrari,nisi dicatur vel intelligaṫ noĩe
dñi,vt iudiciũ ex parte actoris,maximè. Facit qď no.š.tit.ij.l.ꝓ-
curator,qui pro euictione.¶ Venio ad tertium, qñ aliquis gerit
sine mandato.In hoc dicit gl.tua optimè:dic vt in ea.& in eo gl.
allegat.l.vlt.infrà qď cum eo.Dic ꝙ ibi interuenit tacitum man
datum,ex eo,quod dñs erat solitus sic facere.Facit.l.vel vniuerso
9 rum infrà de pigno.actio.¶ †Quęro,quid in actore ciuitatis[c],vel
c tutore contrahentibus,& alijs huiusmodi? dic, vt in.l.ciuitas.ĵ.si
cer.pet.&.l.post mortem.§.j.ĵ.quando ex facto tu.¶ Quęro, qd
in pręlato ecclesiæ?dicunt doct.in authen.hoc ius porrectum.C.
de sacrosan.eccle.& Inno.extra deposi.c.j.

Si quis pecuniam. ¶ Mandatum factum ab alio mei causa mihi actionem gestorum non tollit. Materiam huius legis plenè expedit glo.C.de fur.l.si is cui.Intelligas tamẽ hunc.§.& materiam istã, quando pecunia missa fuit simpliciter. secus si ob certã causam, vt puta: si aliquis mitteret pecuniam tibi,vt emeres sibi codicẽ: licet tibi non daret, sed ipse emeret,non posses tu ab illo repetere.casus est no.in.l.Titio.in prin.ĵ.ad munici.

Sed & si quis negotia. ¶ Qui gerit negotia animo deprędãdi,actione negotiorum gestorum tenetur:ipse tamen agere non potest:nisi quatenus dñs factus est locupletior.h.d. ¶ Oppo. de l.si in area.ĵ.de cõdi.inde.vbi dicitur,qď nõ cõpetit actio, sed retentio.Sol.Bu.hoc fatebatur.Io.contra, per.l.in hoc iudicium.§.diuersum.ĵ.cõi diui.Ad istum.§.rñdet, ꝙ hic gessit nomine dñi, licet haberet animum deprędandi.In cõtrario nomine suo, in re tamen aliena.Hoc sentiunt hic glo.paruulę:& etiam gl. magna. Sed qualiter ꝓbabiṫ,ꝙ accesserit animo deprędãdi?Respon. tpe reddendę rõnis,si quidẽ cęlat, & supprimit: pręsumiṫ ab initio talẽ animum habuisse arg.ĵ.ad Maced.l.sed Iul.§.proinde.Simile qui cęlat res hęreditarias perdit beneficium falcidię:vt.l. Paulus.&.l.beneficio.ĵ.ad.l.falci.&.l.sancimus.§.illo.C. de iur.delibe. Et quod hic dicitur in gestore,multomagis puto idem in tutore. Et sic debeat determinari.l.iij.§.sufficit.ĵ.de cõtra.iud.tute.quòd non requiritur,quòd pupillus sit locupletior: nisi quando tutor accessit animo deprędandi.

Si quis ita. ¶ Quatenus negotium spectat ad gerentẽ,actio ista nõ oritur:sed inquantum spectat ad aliũ oriṫ.h.d.In eo,quod dicit sciens, facit pro opi.Io.posita in.l.iij.in fi.š.eo.de quo dicitur.ĵ.eod.l.quę vtiliter.§.fi.

Si quis quasi. ¶ Error in persona gestoris non impedit nasci actionem negotiorum gestorum.h.d.facit.s.e.l.iij.§.hac actione.licet enim iste gesserit necessitatis suspicione:tamen habet hanc actionem.

SVMMARIVM.

1 *Peculium filij,uel serui,est patris,uel domini: & si geratur eorum contemplatione,tenentur negotiorum gestorum.*
2 *Gestum esse alicuius contemplatione,probatur, probata amicitia inter gerentem,& eius,cuius contemplatione uidetur esse gestum.*
3 *Ratum non possum habere non meo nomine gestum & quando nu.7.*
4 *Actio negotiorum gestorum contrà me datur, quando negotium non est gestum mei contemplatione sed ad me pertinet re ipsa: non insolidum, sed quatenus factus sum locupletior.*
5 *Filius & seruus in cõtractu gesto respectu peculij,quãdo nihil est in peculio,naturaliter non obligantur.*
6 *Actio negotiorum gestorũ non datur,quando negotium spectat ad eũ quo quo modo reipsa,ita quòd eo nomine potest esse actio contrà alium,ad quem reipsa spectat.*

Sed si ego. ¶ Si negotium potest pertinere ad eum,
cuius contemplatione geritur, quoquo
modo re ipsa,contrà eum,cuius verè est non agitur,etiam si ra-
tum habeat:& non potest habere ratum,quod suo nomine nõ
est gestum.h.d. ¶ Veniamus ad apparatum. ¶ Nota primò
1 † ꝙ peculium filij, vel serui, est patris,vel domini:adeò, ꝙ si eo-
rum contemplatione geratur:tenẽtur negotiorum gestorum.fa-
2 cit.l.ij.§.sed vtrum.ĵ.de mino.¶ Secundò not.† modum proban-
di,quomodò alicuius contemplatione sit gestum,scilicet, proba
ta amicitia inter gerentem & eum, cuius contemplatione dici-
d tur esse gestum.dicam statim in.§.item quæritur.[d] ¶ Tertiò no.
3 † quod meo nomine non est gestum ratum habere non possum.
4 ¶ †Quartò not.† diligenter, quod quando negotium non est
gestum mei contemplatione:& contrà me datur actio,quæ ad
me pertinet re ipsa,non datur insolidum,sed quatenus sum lo-
cupletior:vt in versi.eodem loco. ¶ Oppo. quando negotium
geritur ex amicitia,non inducitur repetitio,vt.ĵ.eod.l. is qui ami
citia.Gloss.sol.& bene.¶ Oppo.actio negotiorum gestorum,da
tur contrà eum,ad quem verè spectabat:vt.š.l.proxi.in fin. Sed
ad patrem,vel dñm spectat verè:ergo contrà eos debet dari. Sol.
ibi:ad eum cuius contemplatione gerebatur,nullo modo poterat
pertinere negotium.hic sic,quia ad filium vel seruum spectat:
quia saltem nuturaliter obligatur.ita dicit gloss. ¶ Ad istud op-
po.ĵ.de ver.eodem loco.Solu.dicit gloss.super illo versicu.ibi ni-
hil erat in peculio.vnde ad filium,vel seruum nullo modo spe-
ctat negotium,meritò conuenitur pater, vel dominus.Mirabi-
5 le videtur,quod hæc gloss.sentiat,† quòd quando in peculio ni-
hil est,filius,vel seruus,non obligatur naturaliter:quia si obliga-
retur naturaliter, sic negotium ad eum quoquo modo specta-
ret,non posset conueniri pater,vel dominus vt.š. proxi. dictum
est.Respondeo.hoc verum est:quando contractus celebratur re-
spectu peculij:adeò autem ipsum peculium respicit,quòd si ni-
hil est in eo, non obligatur ipse filius,vel seruus:vt hic,vt.l.frater
à fratre.ĵ.de condi.inde.l.si ex duobus.ĵ.de pecul.vel si velles su-
stinere,quòd seruus & filius nõ obligarenṫ naturaliter:dicas qď
ad hoc:vt actio non detur contrà patrem & dominum, quando
gestum est contemplatione filij,requiritur quòd filius natura-
liter obligetur:& quod pater posit conueniri de peculio. Ita in-
nuit gloss.quàm.š.proxi.recitaui si bene inspicias. ¶ Ad idẽ ex-
trà gloss.oppo.š.ea.l.in princip.vbi geritur contemplatione tu-
toris,& ipse obligatur,& nihilominus pupillus, ad quem nego-
tium re ipsa spectat.simile in.l.iij.in fin.š.eod.Solu.ibi,ille cuius
contemplatione geritur obligatur: quia negotium pertinet ad
eum cura & solicitudine,hic re ipsa filius, vel seruus obligatur:
vnde alius reipsa non potest obligari.¶ Sume ergo regulam sic
6 † quando negotium spectat ad eum, cuius contemplatione ge-
ritur,quoquo modo re ipsa:ita,quod eo nomine posit esse actio
contra alium,ad quem re ipsa spectat:actio negotiorum gesto-
rum non datur.Venio ad ver.nam & si.[f] ¶ Oppo. ĵ. de in rem
verso.l.quod si seruus.In hoc dicit gloss.in eo, quod dicit text.
non necessarium subaudi,maximè:secundum Azo.Alij dicunt
contrà,quia si emisset necessarium:cogeretur habere ratum: vt
ĵ.eod.l.Pomponius.Istud non videtur verum: quia. l. Pompo-
nius non loquitur in negotio, quod est nostrũ ratihabitione, vt
ibi dicam.Pręterea cum hic non fuerit emptum mancipium no
mine patris vel domini,ratum habere non potest:& ideo in hoc
tenenda est opi.Azo,quòd subaudiatur maximè. ¶ Oppo. &
e videtur:[e] quod possum † habere ratum,quod meo nomine non
7 est gestum:vt.l.fin.ĵ.eod.&.C.de his qui à non domino ma.l.j.
glo.dicit:fallit ibi in.l.fin.ĵ.eo.Est ratio: quia aliter domino rei,
non potest esse consultum re perempta.vel præscripta.vnde in
subsidium permittitur ratihabitio:vt.l.mater.C.de re: vẽdi. &.ĵ.
si cert.peta..l.si eum seruum.& ibi de hoc dixi in.l.j.C.de his,qui
à non domino ma.est speciale fauore libertatis.¶ Opponũ.ĵ.qď
iussu.l.j.§.si ratum.& de in rem verso.l.si res.§. pe. Gloss. soluit:
ibi habet ratum contractum serui:hic contractum alterius. Dy.
in.c.ratum extrà de regul.iu.lib.vj.dicit aliter. Aut quis habet
ratum tanquàm factum à seruo:& potest vt in cõtrarijs.Aut tan
quàm factum suo nomine:& non potest,vt hic.& sentit idem,
quod gloss.Nam illud quod non est factum meo nomine, non

a ¶ Item: an sit necesse. Adde Bal. in l.falsus.C.de fur. q saluat Dy.d. Petr. in.c.cũ ex offic.de præscrip.transit cũ dicto Dy.nõ tñ facit mentionem de Bar.hic vide q̃ ibi dixi latè.And.Barba.

b ¶ Mãdatũ. Et facit ad no.p Bar.ĩ.l. multũ.de cõdi. & demõ.& de hoc ibi dixi in apost.mag. & p Bal.& Imo.in l.q ĩ dñi.ff.de testa. vbi latè p Bal. in.l. j.ĩ.xxj.co.de cõfes. p Bal.latè ĩ.l.falsus in.viij.co.de furtis.

c ¶ Actore ciuitatis. Quid in pupillo, an idem sit sicut in ecclesia, an requiraṫ verti in eius vtilitatẽ? vide glo.hic & Bal. in.l. ei q. C. qď cum eo.

d ¶ Itẽ queriṫ.Adde Bar.in.l.si mandatum.C.eo.

d ¶ Op.& videṫ.Vide qual'r possunt habere ratum qď meo noĩe nõ est gestũ.Adde qď not. Bar.post gl.in.l.j.ĩ prin.C.si in vna eadẽq; cã.Et hãc regulã limitat Inno. fallere in spũalib⁹. ita dixit in.c.Massana.iũcto.c.seq.in gl.ĩ versi. adijcerẽ. de elec.Tu oĩno vide singul'r Bal.ĩ.l. ei.q.C.qď cũ eo.& ibi gl.fi.& in.l.j. C. qui admit. in. xix. oppo.

possum habere ratum:vt negotium trahatur ad me, & videatur nomine meo gestum, secundùm quod requirit.§.item quæritur infrà ea.l.Sed bene possum habere ratum, vt voluntas mea trahatur ad negotium,& mihi præiudicet,vt.C.de rei ven.l.mater.& infrà de pign.l.si fundus.§.j.ita loquuntur contraria suprà proximè assignata.¶Quærit glos.Quid si vendidisti rem meã, tuo nomine: & ratum habui? Dy.examinat in.c.ratum.& Cyn. in.l.mater.C.de rei vendi.ego in.l.si eum seruum infrà si certum petatur.vide gloss.

Sed & si nominis.

¶Contra eum, ad quem spectat verè negotium hęc competit actio, non inspecta falsa opinione gerentis. hoc dicit. ¶Quæro, vtrum inter ista duo responsa, sit aliqua differentia. Ioan.dicit quòd sic.Gloss.contra videtur facere per istã literam, quæ dicit,sed & si.quia quando post aduersatiuam sed,sequitur copula, aduersatur ad factum, non ad ius,vt.l.ij.š. ne quis eum, qui in ius vo.vi ex.& ibi not.¶Breuiter dic, aut est certum, cuius contemplatione gessi negotium: & tunc distinctio huius.§. nihil operatur circa ius,sed circa factum.Ita loquitur opi.gl. Aut est dubium cuius contemplatione gessi:& tunc si putaui seruũ, videor gessisse contemplatione domini & si putaui liberum, videor gessisse contemplatione liberi.ar.l.cum aliquis.C.de iure deli.Et ideo in casu,in quo agitur contra alium,cuius cõtemplatione non gessi,non daretur insolidum, sed inquantum ille est factus locupletior,vt.š.proxi.§.in fi.

Si Titii.

[a]¶Expẽsa facta,ne res pereat,repetit̃ ab eo, ad quẽ res spectat,nõ inspecta falsa opi.gerẽtis.hoc dicit.¶Opp.& videtur,quòd repetere debeam ab eo,cui dedi, quasi acceperit turpiter,non à vero domino,vt.l.ij.infrà de condi.ob turp.cau.Gloss.soluit.non dedit hoc suo nomine, sed nomine alterius.Vnde non potest repetere, nisi ille ratum habeat, vt l.si absentis.C.si certum petatur casus est in.l.si quis ab alio infrà titul.j.Innuit ergo,quòd si ille cuius nomine est gestum, non haberet ratum,non posset repeti ab eo:quod non puto verum, vt statim dicam.Et sine dubio, ille posset conueniri: cuius est seruus, si ille cui est solutum conueniri non potest: vt quia hostis, vel latrunculus,qui reperiri non potest.argu.l.fin.in princ. suprà de eo per quem fact.est.¶Pro horum ergo declaratione, quæro qualiter istud negotium spectat ad dominum serui. Gloss. dicit ratihabitione. ¶Tu vt omnia cessent, dicas quod ad dominũ pertinet re ipsa:quia nisi sic esset gestum,res erat peritura. meritò dicitur impensa necessaria:vt.l.impensæ infrà de verbo. sign. & sic cessant omnes opi.quæ sunt in glo.Ita tenebat Mar.sil.& Iaco.but.& ideo siue dominus habeat ratum,siue non:potest cõueniri ista actione: quia pro rata habendum est, vt infrà eod.l. Pomponius.¶Sed tenendo opinio.glo.quòd pertinet ratihabitione.Oppon.quomodo potest habere ratum, cum suo nomine non sit gestum,vt suprà eod.§.sed si ego? Respondet gloss.potest geri suo nomine,vt in possessore hæreditatis: & vult dicere, ille,qui soluit,cum putaret Titium dominum:soluit contemplatione domini non personę Titij:sed istius qualitatis,quę est esse dominum.Vnde quicunque sit ille,qui est dominus, eius nomine gestum est, vt in possessore hęreditatis, qui soluit centemplatiõe eius,qui est hęres:licet erret in persona.Vel dic, quòd in isto casu,cum sit gestum vtiliter:imo necessario:quia res aliter peritura erat,perinde habetur,ac si ratum haberet,vt.j.e.l.Pomponius. Cuius occasione glo.intrat hanc materiam de negotio, quod ad alium spectat ratihabitione. quod non examino hic, sed dicam in.l.Pomponius.j.eo.

a ¶Vide oĩo Barba. consil.xlvj.vol.iiij. in primo dubio. Anto.Alex.

a ¶.§. si titij. Vide quod no. Bart.in.l. quanuis.sol.mat.

b ¶Contra casum. & adde, qđ in mutuo & debito facto noĩe alieno, nõ requirit̃ ratihabitio.l. si absentis,& ibi Bar. & Bal.C.si cert.pe.

c ¶Genera negotiorũ. vide gl.& doct. in.l.pecuniã.C.eo. Itẽ adde aliũ modũ vltra istũ.j.eo.l. mandasti.& p Cy. in.l.si mãdatum.in prin.C.eo.tit.

d ¶Pupillus. plenè per Bart.& doc. in l.si mandatũ.C.eo.

e ¶Loco.igit̃. Vide quòd ĩ casu.d.§.sed si ego. nõ fallat regula posita in.l.itẽ si cũ putaui.in fi.š. eo.licet Bar.sentiat cõtrariũ in.l.si mãdatum. C.e.&.š.in hoc.§.Adde Ful.in d.l.si mandatũ. C. eo. & non est alibi secundũ Ang.hic.

f ¶Qualiter probabit̃.Adde Barto. in l.si mandatũ.C.eo. tit.& vide.š.proxi.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum,qui renuit,potest posteà illud acceptare.*
2 *Actio negotiorum gestorum,unde oriatur.*
3 *Actio negotiorum gestorum,quando oriatur?*
4 *Negotiorum gestorum sunt septem genera.*
5 *Negotium esse gestum contemplatione alicuius,qualiter probatur?*
6 *Negotio gesto re ipsa,scilicet quãdo est impensum in rem,uel occasione rei, quis obligatur.*
7 *Dominus,ut teneatur insolidum pro negotio gesto,quid probandum sit?*
8 *Gestum domini contemplatione,qualiter probabitur?*
9 *Gerenti negotium alienum proprio nomine,quomodo succurratur?*
ex clauſula generali,verũ dicit Imperaror.in his tñ
quibus Paul.diſcrepat ab imperatore ſtãdũ eſt di-
cto Pauli,tanq; approbato in proœmio huius lib.vt
6 dicit gloſſ. ¶† Vltimò not.ꝙ in cauſa appellatio-
nis,ſi ſnĩa prime eſt abſolutoria,iudex appellatio-
nis non ſolum debet pronunciare nullũ iudicium,
ſed debet condemnare,vel pronunciare reſtituere,
vel ſimile,vt hic:ibi,ꝓnunciauit reſtitutionẽ.& fa-
cit.l.cum apud.j.de iudi.ſol.&.l.offidius.j.de leg.iij.

Id quod dicitur. Etiam poſt emã-
cipationẽ non ſuc
curritur filijs in id,quod patri acquirũt.hoc dicit.

SVMMARIVM.

1 *Appellari ab interlocutoria,quo caſu poſsit de iure ciuili.*
2 *Officium iudicis,à quo ab interlocutoria appellatur, quale eſſe debeat?*

denunciatione fa-
cta poſt termini.
vide Bal.poſt Cy.
in.l. commiſſoriæ.
C.de pac.iter emp.
& ven.
g ¶Fuit adiectum
certum.Dicit Bal.
in.c.j.in princi. de
no.for. fideli.quòd
omnis interpella-
tio legis,vel homi-
nis ſpatium quod-
dam continere de-
bet, ſaltem tacitũ.
Et ita dicit ipſe,ꝙ
hic eſt glo.quæ nõ
reperiẽ alibi,& mẽ
ti tenenda in inter
pellatione expreſ-
ſa.& videtur text,
& ibi Bald.in.c.do
mino guerrã.§. ad
hoc.in tit.hic finiẽ
lex,de inde conſu.
reg. Adde Bald.
in.l.& ſi poſt tres.
in lect.vj.colũ.ff.ſi
quis cau.per Io.de
Imol. in.l.j.§. item
ſi ita.ff.ad le.fal.

POMATES.

h ¶Mihi ſoluere.Vi
de Rom.conſi.xx-
vij.in fin.
i ¶Opp.ꝙ. Aureũ
eſt hoc dictũ & ſin
gulare:ideo ſingu.
no.& vide Ioan.de
Imo.in.d.§.in hac.
adde aliud no.dic.
Bar. in.l.j.§.ſi quis
autẽ.de itin.ac.pri-
ua.Ioan.de Imola
in.c.fi.de preſcrip.
eſſet ſatis dubium.
Andrę.Barba.
k ¶Non currat.Ad
de Bald.in.l.j.C.ſi
aduer.vſuſ.
l ¶Illius clauſulæ.
Adde quod nota.
Barto.in.l.j.§.ſi qs
aũt.ff.de iti.actuq;
priua.

POMATES.

m ¶Quod voluit.
Tu vide ad qd iſta
verba põderat De
cius,in.c.delicti.iij.
notabili.de iudi.
n ¶Facere.Impera-
tor poteſt ferre ſen
tentiam non cõfor
mem libello. quod
eſt ſing.no.& not.
Archid. in.c.ij.de
reſt.ſpo.ĩ.vj.& An
to.de But.ĩ.c.licet.
de ſymo.

INtra vtile. ¶Ab interlocutoria, q̃ quaſi totam
cauſam dirimit, & in aliȷ̃s p̃iudiciũ parat,
põt appellari: & pendente appellatione
ab interlocutoria iudicis officium conquieſcit ſuper
principali: & tp̃s in ea nõ currit. Item ſi appellãs ab
interlocutoria ſuccũbat: cã reddit ad primũ iudicẽ.
h.d. quã leg.no. ¶Oppo. & vr̃, ꝙ ab interlocutoria
appellari nõ poſsit. l.ante ſn̄iam. C. quorũ app. non
reci. & l.ij. C. de epi.au. Huius timore hæc lex legit̃
duob⁹ modis principal'r. Primò, ꝙ hic fuit ꝓnuncia
tum diffinitiuè. Sc̃d'ò, quòd hic fuit pronũciatũ in-
terlocutoriè. ¶Quęro ergo exempla primę lec. glo.
ponit duobus modis. Priò, ꝙ hic petebat̃ in integ.
reſti. & fuit lata ſn̄ia ꝑ ętate. & conceſſa reſtitutio à
qua ſn̄ia fuit appellatũ. ¶Cõtra iſtã lect. facit tex.
q̃ dicit cętera cognitionis &c. & ibi impedirẽt cogni
tionẽ. Rñ. glo. intellige cognitionẽ habẽdã ſup exe
cutione, nã ſuper principali erat pronũciatũ. Iſta le-
ctu. nõ placet. Nã hęc lex dicit, ꝙ huic cognitiõi ha-
bẽdę p̃ſcribebat̃ tp̃e vtilis anni: ſed actioni iudicati-
ſeu executionis. nõ p̃ſcribit̃. qa ꝑpętua eſt. l. miles. §.
iudicati. de re iudi. Vnde aliȷ̃ tenẽtes hãc lec. qd' hic
erat pronunciatũ diffinitiuè: dicunt aliter, ꝙ hic mi
nor fuit reſtitutus ad rei vẽdicationẽ amiſſam: vnde
per reſtitutionẽ cõſecutus eſt actionẽ vtilẽ, q̃ vocat̃
reſciſſoria, quæ durat anno. l. in honorariȷ̃s. §. ſed cũ
reſciſſa. j. de act. & obli. Quod ergo hic dicit̃ in tex.
cętera cognitionis &c. & ibi, vt ĩpedirẽt cognitionẽ,
&c. intellige cognitiõis habẽdæ ſup vtili reſciſſoria
intentãda. Iſta eſſet vera in ſe: tñ nõ cõgruit lr̃ę, q̃ di
cit ꝙ iſta appellatio ĩpediuit ſolũ, ne finẽ acciperet,
ſed ſc̃d'm hoc ĩpediret etiã initiũ. Vñ legit̃ ſc̃d'o mo
do, ſecundũ quem poſui vobis caſum: quòd hic fuit
ſententia interlocutoria, ꝑ quã fuit ꝓnunciatũ illũ
a eſſe minorẽ. ¶Ad hãc[a] lec. ob. cõtrariũ priò factũ,
ꝙ ab interlocutoria non appellat̃. Gl. hic in fi. ſol. ꝙ
hoc eſt ſpãle. Aliȷ̃ dicũt, ꝙ hoc eſt ideo: qa interlocu
toria ferè perimit totam cãm. Iſtud vltimũ nõ mihi
b placet[b] p. l. generaliter. §. ij. C. de re. credi. & iureiur.
vbi erat ĩterlocutoria, q̃ perimebat totã cãm, vt iura
menti dilatio: & tamẽ nõ põt appellari ante diffini
tiuã ſn̄iam. Dicẽdũ eſt ergo, prout glo. dicit. s̃. ꝙ hoc
eſt ſpãle. ideo, qa hæc ſn̄ia lata ſuper ætate, non ſolũ
pręiudicat in hac cã: ſed etiã in oĩbus aliȷs, vt. j. eo. l.
de ætate. vñ habet vim diffinitiuæ ſn̄ię. ¶Iſtã puto
veriorẽ, licet hęc lec. cõiter allegetur ſecũdũ aliã ſol.
& ſecundũ illã ſummaui. tñ iſta vr̃ mihi verior. Ha-
1 bes ergo† caſum, in quo ab interlocutoria põt appel
lari. ſ. qñ eſt talis, quæ facit pręiudiciũ ĩ illa cauſa &
c in aliȷ̃s[c]. Addit gl. Item qñ eſt talis interlocutoria, q̃
mãdaret̃ executioni ſtatim: vt. l. ait prætor. §. per-
mittitur. s̃. e. Adde, quãdo eſt talis interlocutoria, ꝙ
poſt eã nulla ſperat̃ diffinitiua: vt. l. ab executione.
C. quo. ap. nõ reci. & ibi no. de appel. l. ab executo-
re. Itẽ qñ ꝑ interlocutoriam infert̃ tale grauamen:
quod ꝑ appellationẽ à diffinitiua nõ poſſet eẽ cõſul
tũ cõtra illud: vt. l. ij. j. de appel. reci. & l. arbitro. s̃. q
ſatiſda. cogan, al's ab interlocutoria de iure ciuili nõ
poteſt appellari. vt in cõtrario primo facto. ¶Op.
ad iſtã lec. in integrũ reſt. nõ debet differri vlta qua
driennium: vt. l. petendę. j. de temp. in integ. reſt. ſed
hic differt̃: ergo &c. Sol. hoc cõtingit fauore actoris,
& in odium rei q ꝓpter ſua ſubterfugia cognitionẽ
impediuit. Facit ad hoc. j. de excu. tu. l. ſi is. Item op.
d ſuper incidenti, nõ eſt ꝓnũciandum[d]: vt. l. j. de ord.
iu. So. fateor. ꝙ nõ eſt ꝓnũciãdũ de neceſſitate, ſed
poteſt ſi vult. de hoc eſt caſus hic. ¶Opp. ꝙ cũ iſte
annus ſit vtilis, nõ currit: cum actor nõ potuerit pl⁹
facere: vt. l. j. de diuer. & tẽpo. pręſcrip. Sol. vt in ſe-
e cunda glo. ¶Quæro de aliquibus[e] extra glo. nos ha-
bemus hic, à qua interlocutoria poteſt appellari.
Item ĩ. l. ait p̃tor. §. ꝑmittit̃. s̃. e. Qual'r debeat appel-
lari ab ea. & ex quibus actis debet iuſtificari vel im
pugnari appellatio: qa ex primis habemus hic vi-
2 deret† quare debet eſſe officiũ iudicis, à quo appella
tur ab interlocutoria. Et videtur ꝙ debeat ſuperſe-
dere, & nõ procedere vlterius in cã: vt hic, in tex. ibi
præſes in euentum &c. Sed ſi bene aduertatis, hic di
cit̃ ꝙ p̃ſes ip̃e diſtulit: nõ ꝙ lex faciat ip̃m differre:
& ideo aduertendum eſt: ꝙ qñ appellatur ab inter-
locutoria, appellat̃ ꝓpter iniuriã iudicis: vt dixi in
§. ꝑmittit̃. Si ergo iudex à quo appellat̃ vult differ-
re appellationẽ debet ſupſedere; vt hic, & extrà de
app. c. cum appellationib⁹. Sed ſi nollet differre, vi-
dens ip̃m calũnioſè appellare, põt in cauſa ꝓcedere
illo appellante amplius non requiſito: quaſi ſit verè
contumax: vt extrà de dolo. & cõtu. c. eũ qui. li. vj. &
eo. ti. c. j. in cle. tunc ſi ꝓnunciabit̃ bene iudicatum
per iudicem appellationis, remanebit prima ſn̄ia fir
ma: & totus ꝓceſſus poſteà factus, ſed ſi ꝓnuncia-
f ret̃ male iudicatum [f]irritaret̃ quicquid factum eſt
poſt appellationẽ. Ita eſt declaratum hodie: extrà
de app. c. nõ ſolũ. lib. vj. quod poteſt ꝓbari hic. nam
qñ qs appellat ꝓpter iniuriã factam, nõ eximitur à
iuriſditione illius iudicis: vt. C. ſiquacunq; p̃di. po. l.
j. §. j. Merito cum ꝓnunciat̃ bñ appellatũ & ſic iudi
cem feciſſe iniuriã reuocatur qcquid factum eſt: &
tota cauſa decętero agitabitur coram iudice appel-
lationis. Sed ſi ſn̄ia cõfirmatur, cauſa redit ad primũ
iudicem: vt habes hic. Quod eſt verum: niſi appella
tus vellet corã iudice appellationis litigare: vt ex-
trà de appel. c. cordi. lib. vj.

g Vendentibus. [g]Si minor omittit auxiliũ ordinarium con
tra curatores, ſeu ad adminiſtratores. & intentat ex-
traordinarium contra poſſeſſores, tenetur reſtituere
omnes expenſas poſſeſſoribus. h.d.

SVMMARIVM.

1 *Sententia diffinitiua habet executionem paratem.*
2 *Stipulatio nouans ſententiam, non habet executionem.*

h MInor. [h]Stipulatio per quã nouatur actio iudicati. non habet pa-
ratã executionẽ: & ad hoc minor poteſt
1 reſtitui. h.d. ¶†No. ꝙ ſententia diffiniti
i ua habet executionẽ[i] param. ¶†Not. ꝙ ſtipulatio
2 nouans ſententiam, non habet paratam executio-
nem. Simile in. l. ij. C. de exe. rei iudi. & . j. de re iud. l.
iiij. §. ſi ex conuentione.

Prædia. ¶Vſuræ ab vno debitę. cum fru-
ctibus perceptis ab alio compen-
ſantur. h.d. ¶No. quòd fructus compenſantur cum
pecunia. de hoc in. l. neq;. C. de compen.

SVMMARIVM.

1 *Actor dilatione. data reo, an poſsit uti rea inuito.*
2 *Minor nõ põt renunciare beneficio reſtitutionis in integrũ.*
3 *Vxor militis, uel doctoris, non poteſt dicere marito, ut uocet eam dominam.*

SI iudex. ¶Beneficio mihi cõpe
tẽte ex perſona tua, non
1 vtor te inuito. h.d. ¶Facit ad qõ. †Reo
eſt data noua dilatio. qua pretendit vti
actor, ſecũdũ formam. l. pe. de tẽp. in integ. reſti. Di
cit reus: nolo vti. certè põt. arg. hui⁹ leg. Facit. l. ami
ciſſimos. de excu. tu. Facit qd' no. ꝑ doc. in. l. ſi poſt
k mortẽ[k]. ff. de cõtratab. Vide gl. hic, q̃ facit† ad. q. an
2 minor põt renũciare bñficio reſtõnis? & dicit ꝙ nõ:
vt habes in gl. Facit cõtra id, qd' no. ꝑ Cyn. in. l. oẽm
honorẽ. C. qñ ꝓuo. nõ eſt neceſ. & l. ꝑ hãc. C. de tẽp.
ap. ¶Opp. ꝙ beneficiũ, quod habeo à te, poſſum
vti te inuito: vt. l. ſi poſt mortẽ. j. de cõtra tab. Sol. be
ne poſſum vti cõtra aliũ te inuito: nõ cõtra te. Facit
3 l. amiciſſimos. in fi. de excu. tu. ¶Quęro vtrũ vxor
poteſt dicere marito militi, vel doctori, ꝙ eã vocet
dominã? Breuiter cũ vxor habeat iſtud beneficium
à marito: vt. l. fœminæ. s̃. de ſena. non põt, vti cõtra
maritum eo inuito. contra alios ſic.

PRæſes prouinciæ.
Iudex poteſt reſtituere contra ſenten-
tiam ſuam, & prędeceſſoris ſui. h.d.

SVMMARIVM.

1 *Quæſtio ætatis duobus modis in iudicium deducitur, principaliter, & incidenter. Et ibi exempla.*
2 *Perſonã legitimari ubicunq; ſuã quis petit, hoc expeditur iudicis officio mercenario deſeruiente actioni proponendæ,*
3 *Teſtes ad perpetuam rei memoriam ex parte rei, poſſunt examinari & publicari ante lit. conteſt.*
Ex parte actoris non examinantur: niſi timeatur, uel dubitetur de morte, uel abſentia diuturna.

Vel vbi

---

a ¶Ad hanc. Tamẽ fallit ĩ caſu hic ſingu. qñ præiudicat omnibus aliȷ̃s. Secundò fallit, quando meretur executionem. l. ait p̃tor. §. permittit̃. s̃. eod. Tertiò, quãdo prę iudicat ĩ executione futura: vt not. in l. arbitro. s̃. qui ſatiſ da. cog. vel quãdo ſuper executione lata ſn̄ia fert̃: vt. l. ab executione. C. quo. ap. nõ rec. Itẽ qñ nõ põt reparari. l. ſi quis ꝓuocatiõe. C. de ap. vide alias no. limi. ꝑ Bal. in. l. arbitro. s̃. q ſatiſda. cogã. vide. d. Abb. ĩ cõſ. xxxix. Andrę. Barba.

b ¶Mihi placet. Idẽ Bar. in. l. ij. j. de ap. circa prin. Sed contrarium tenet Bar. in. l. ante ſentẽtiæ. C. quo. ap. non re.

POMATES.

c ¶Et in aliȷ̃s. Vide Panor. conſi. xxxviij. volu. j. & cõſi. xxx. eo. vol. Feli. ĩ rub. de re iud. in. ij. colum.

d ¶Pronunciandũ. Adde text. & ibi Bar. in. l. viro. j. ſol. mat.

e ¶Quęro de aliqb⁹. Vide. d. Abb. q alle gauit quatuor iura contra deciſionẽ. vide, q̃ ibi dixi ĩ. c. ſup eo. el. j. de ap. Pondera bñ, qa. d. Ant. ibi tenet iſtud ſed non ita exqſite, vt hic. facit Bar. ſed de Bar. non facit mẽtionẽ. And. Barba.

POMATES.

f ¶Iudicatũ. Vide Fede. cõſi. clxxiij. al'. clxiij. col. iij.

g ¶Vendentibus. Singularis eſt ſecũ dũ Bal. ĩ. l. ij. ĩ. xix. q. C. de reſcin. vẽ.

h ¶Minor. Vide q̃ dixi poſt Bar. in. l. ꝑ diuerſas. C. mã.

POMATES.

h ¶Minor. Limita aliqbus modis, vt ꝑ Alex. l. ſi cũ dotem. §. eo aũt tp̃e. col. iij. v. itẽ no. ꝙ ĩ actione. ff. ſol. ma. & Barb. cõſi. lij. colũ. xiij. vol. j.

i ¶Habet executionem. contrariũ dicit in. l. item veniunt. §. idẽ rectè. j. de pet. hęre.

k ¶Poſt mortẽ. Cõtrarium tenet Bar. in. d. l. ſi poſt mortem. ſed vtrum beneficio reſtitutionis poſſit renunciari, vide gloſſ. hic & Archi. in. c. ij. de reſti. in integ. in. vj. ꝑ gloſſ. & doct. in. l. ſi intra. C. de ĩ integ. reſtitu. Et an ĩ alia ſententia, q̃ꝫ in ſentẽtia reſti. in integ. poſſit re⁹ vti beneficio ſententiæ inuito actore renunciante ſentẽtię. dic quòd non, vt nota. Bald. in. l. ſi prędiũ. in. ij. col. C. de ędil. actio. Adde, an poſſet prelatus renuntiare beneficio reſtitutionis ĩ integ. Ang. cõſ. ccclxxij.

Vel ubi non audiretur ante litem conteſtatam,niſi illa probatione facta.
4 *Libellus,uel litis conteſtatio,non requiritur in queſtione ætatis.*
5 *Aduerſarius ſi eſt certus,citatur:ſi non eſt certus,fit proclama.*
6 *Pronunciari ſe rediſſe ad bonos mores,uel ſanam mentem,uel ſententiam excommunicationis non tenuiſſe:uel ſe non infamatum ex ſententia, quiuis poteſt.*
AEtas quomodo probetur per teſtes.
7 *Vicini & conſanguinei in probanda ætate alicuius admittuntur:& probant,ſi reddendo rationem,dicant ſcio,quia uicinus.*
Cautela in probanda ætate,quando teſtis non recordatur de natiuitate.
8 *Probatio ætatis per aſpectum quomodo fiat?*
Teſtis debet deponere per alterum ex ſenſibus corporeis:& cum iudicio intellectus.
Subſtantia rei,uel perſonæ nunq̃ percipitur per ſenſum corporeum.
9 *Teſtem rationem in cognoſcibilibus per aſpectum,ſecundum communem hominum notitiam,ſufficit reddere per aſpectum,licet conſiſtat in iudicio intellectus.Secus ſi ex arte,quia tunc per iudicem,uel peritos.*
10 *Exceſſus cognoſcibilis communiter ex aſpectu in probatione ætatis quis fit?*
11 *Teſtis deponens ſuper ætate ex aſpectu,quomodo deponere debet?*
Teſtis interrogatus quid eſt album,& quid eſt poſſidere,non tenetur reſpondere.
12 *Onus probandi ætatem,cui incumbat?*
13 *Temporis curſu quæ mutantur,in his non præſumitur de præterito in futurum,puta qui ſemel fuit minor,non præſumitur hodie minor.*
14 *Probatio ætatis ſola ſine pronunciatione,facit præiudicium.*
15 *Probatio ætatis facta in una cauſa,præiudicat in alia penitus extranea.& quomodo.*
16 *Sententia lata ſuper ætate quãdo faciat ius?*
Confeſſio emanata ſuper ætate alicuius,quando præiudicet alijs cauſis,& alijs perſonis?
17 *Sententia lata,quòd quis ſit minor,quomodo faciat fidem in alijs cauſis.*
18 *Iudex in his,in quibus aſpectus ex curſu temporis mutatur,debet ex aſpectu pronunciare,ut in futurum fidem faciat.*
19 *Sententia lata ſuper aliquo impedimento,puta,quòd aliquis non ſit infamis,uel excommunicatus,quando præiudicet in alijs cauſis?*
20 *Sententia interlocutoria lata ſuper ætate,appellatur.*

a DE ætate.[a] ¶Hęc eſt bona lex.& not.ĩ materia ſua.h.d.
in ſumma.Ea,quę pariunt magnũ pręiudiciũ,
ſunt cum plena cauſę cognitione tractãda.h.d.Et primò ponit
dictũ.Secũdò illud probat per rationẽ.Secũda ibi,quia.Caſus
in terminis facilis eſt.¶Aduerte tñ:quia ad declarandum materiã noſtrę
leg. intendo ꝓcedere per qõnes tñ.Et primò quęro,qualiter quæſtio
de ætate ĩ iudiciũ deducat̃:& ꝑ hoc apparebit qualr̃ in hac leg.debeat poni
caſus.Secũdò:querã qualr̃ ætas ꝓbetur.Tertiò ꝑ quẽ ꝓbari debeat,ſeu
cui onus ꝓbandi incumbat.Quartò de ꝓbationis effectu.& ſic erit expe-
1 dita noſtra materia.¶†Venio ad primũ.& quęro qualiter.q.de ætate in
iudicium deducatur.Nam hic dicit̃,ꝙ quis dicebat ſe maiorem,non dicit̃
qualiter.Ad hoc eſt dicendum,ꝙ.q.de ætate pōt deduci in iudicium duobus
modis.Vno modo incidenter:alio modo principaliter.Et iſtis duobus
modis omnia exempla,q̃ ponunt̃ in glo.poſſunt intelligi excepto quarto
exemplo,quod poteſt ſolũ intelligi,qñ principaliter ꝓponebatur.Ponit
ergo gloſ.primum exẽplũ,ꝙ aliquis volebat ad honores admitti,ad quos
non admittitur minor:vt.l.ad rempubli.j.de mune.& hono.¶Iſta.q. poteſt
duobus modis agitari,vel quòd minor erat iam electus:& cũ petebat
confirmari,ego opponebã,& dicebã eũ eſſe minorem:& ſecũdũ hoc quæſtio
de ætate veniebat incidenter.Secũdo modo poteſt intelligi,ꝙ aliquis
affectãs vocari ad honores,corã iudice petĳt examinari & recipi teſtes ſuper
ætate ad perpetuã rei memoriam:vt ſic poſſet ad honores admitti.&
ita Oldra.ponebat hic caſum.Secũdũ exẽplũ eſt,ꝙ quis volebat exigere
à debitore.& hoc etiã poteſt eſſe duobus modis:vel quod debitorem ad iudicium
prouocet:& ipſe obĳcit ei,ꝙ eſt minor.& ſic de ætate quærit̃ incidenter.
Vel ꝙ ipſe minor ante,q̃ȝ petat debitum,petat ſe pronunciari maiorem:
vt ſic debitorẽ poſſit cõuenire.Tertium exẽplũ eſt de eo,q volebat
ſolus in iudicio ſiſtere,& ſecũdũ hoc ipſe minor adibat prętorẽ principaliter,
vt ipſe reciperet ꝓbationes de ætate,& eũ ꝓnunciaret maiorem:& ſic
poſſit in iudicio ſiſtere.Vel cum ipſe minor cõueniret̃ ab alio in iudicio:
& ſic cõpareret ſolus:petebat aduerſarius ſibi dari curatorẽ:ipſe verò dicebat
ſe maiorẽ:iſto caſu.q.venit in iudicio iſto de ætate incidenter.Quartũ
exẽplũ eſt in eo,q vult alienare rẽ ſuã ſine decreto.Iſto caſu de neceſſitate
debet intelligi,ꝙ minor in iudicio principaliter ſe petebat ꝓnũciari
maiorẽ.Nã hic nulla lis ꝓponit̃ pſens vel futura,cui.q.ætatis ĩcidat.Quintũ
exẽplũ eſt in eo,q vult rerũ ſuarũ adminiſtrationẽ,quã habere non debet,
niſi ſit maior.& hoc poteſt intelligi duobus modis.Primò,ꝙ contẽtio
erat inter minorem,& quandam eius curatorem.& hoc poteſt eſſe vel curatore
inferente & petente ſibi adminiſtrationem decerni.vel minore petente
eum ab adminiſtratione remoueri Et ſecũdum hoc quæſtio de ætate
veniret incidẽter.Poteſt etiã intelligi,ꝙ minor principaliter petebat ſe
ꝓnunciari maiorem,ad hoc vt rerũ ſuarũ adminiſtrationẽ habeat. prout
hæc lex intelligitur ꝙ.q.ætatis venit incidenter.tũc iſta lex eſt clara:qa.q.
ætatis expedietur iudicis officio mercenario deſeruiente illi actioni,ſeu officio
quod principaliter eſt propoſitum:ſicut in alĳs quæſtionibus emergẽtibus,
vel incidẽtibus:vt.j̃.de iudi.l.de qua re.&.C.de ordi.iudi.l.j.Prout
verò hæc lex intelligitur,quando petitur principaliter cognitio de ætate.
2 ¶†Ex iſtis gl.habes notare duo.Primò,quòd iſtud petitur qñq; reſpectu
certæ cauſæ.Verbi gratia:qa ego volo exigere Titiũ debitorẽ meum:ante
omnia peto legitimari perſonam meam:vt hic in ſecundo
exemplo.Et iſtud expeditur iudicis officio
mercenario deſeruiente actioni proponendę:ſicut
dicimus in omnibus interrogationibus,quę fiũt ante
litis conte.vel etiam ante porrectum libellum ad
pręparatoria litis:vt.j.de ĩterrog.act.l.j.& quod ibi
no.ſuper rubr.Et ita videmus obſeruari de facto in
omnibus legitimationibus pſonarũ.Vel qa primò
datur libellus ex parte opponente,examinat de le- a
gitimatione perſonarũ:vel ipſemet actor ante oĩa
ꝓducit inſtrumentum authenticũ ſuę ꝓcurationis
vel curę:& facit ſe legitimari.¶Secũdo modo,quęſtio
de ętate proponitur principaliter ad legitimationẽ
perſonę,non reſpectu certi actus,ſed reſpectu
omniũ:ſcilicet,vt poſſit libere adminiſtrare:vt maior.
& iſtud expedietur iudicis officio nobili:vt hic.
& ſecundũ aliam lectu.tex.eſt no.s̃.de fer.l.ĳ.ibi,&
ætates ꝓbẽtur &c.vbi eſt expreſſum,ꝙ iudex principaliter
adit̃:vt ætas prĩcipaliter ꝓbet̃.& hoc modo
poteſt ĩtelligi hęc lec.¶Sed dicetis vos,quomodo
recipiuntur teſtes ante lit.conteſta.cum regulariter
fieri non poſſit:vt in authẽ.de teſti.§.penul.po
3 ſita.C.de teſtibus.authen.ſed & ſi qs.†?Rñd.& hic
aduerte,ex parte rei examinantur teſtes ante lit.cõteſta.
vt publicentur ad ęternã.rei memoriam:cum
non ſit in eius poteſtate quãdo agat:vt.C.de vſu.
pu.l.fi.& ibi glo.in.d.authẽ.no.extrà de teſt.c.ſignificauit.
&.c.Albericus.Ex parte verò actoris quãdo
poteſt agere incontinenti,non poſſunt examinari
teſtes ante lit.conteſt.niſi cum timetur,vel dubitat̃
de morte teſtium,& abſentia diuturna:vt extrà vt
lit.non cõteſta.c.quoniã frequenter.&.j.ad legem
aquil.l.in lege aquil.ſi deletum.& tunc fit examinatio
nõ publicatio:vt in.d.c.qm̃ frequenter.quod intelligendum
eſt,qñ eſt in ptãte actoris agere ante
illam probationem factam:ſed vbi non audiret̃,niſi
illa ꝓbatione facta:tunc ante lit.conteſt. permittit̃
examinatio & publicatio:vt hic &.d.l.ĳ.de fer.&.
C.de bo.poſ.ſecũdũ tab.l.ĳ.& quod ibi no.&.C.de
teſt.l.publicati.Nam ex teſtamento non pōt adiri
hęreditas:nec.q.teſtamẽti moueri,niſi qs ſit certus
de viribus teſtamenti:vt.j̃.de acqui.hære.l.ſed & ſi.
Ideo permittitur ei,qui vult agere ex teſtamẽto,facere
examinari & publicari teſtes ad æternã rei memoriam.
quia aliâs non poſſet adire hæreditatem:&
per conſequens non agere petitione hæreditatis dixi
plenè in authen.ſed & ſi quis.C.de teſtib.& dic
4 vt ibi.¶†Quęro an in iſta cauſa dabit̃ libellus,vel
lis conteſtabitur?Rñ.ꝙ qñ hic petitur principaliter,
tñ ad pręparationem litis futurę,ꝙ nõ dat̃ libellus.
not.j.de interrog.act.ſuper rubr.Quando verò hoc
b principaliter,[b] non reſpectu certę litis:tunc idẽ.Cũ
enim nihil petatur ab aliquo aduerſario,ſed ſolum
à iudice,non videtur neceſſarius libellus:vel lit.conteſt.
vt no.doc.& ibi glo.tangit in.l.nec quicq̃ȝ.§.vbi
decretum.s̃.de offi.ꝓcon.& Spe.in tit.de offi.iudi.
§.j.Nam authẽ.offerat̃.dicit ei,qui ad iudicium vocatur,
offeratur libellus.ſed hic nullus ad iudicium
5 principaliter vocatur:ergo &c.¶†Item quęro,cũ
in cauſæ cognitione requiratur citatio aduerſarĳ:vt
c l.in cauſę.§.cauſa cognita.s̃.eo.qũo fiet citatio[c] aduerſarĳ?
Rñ quãdo nullus eſt aduerſarius certus,fiet
proclama generale:vt.C.ſi vt ſe ab hęredi.abſti. authen.
ſi omnes.&.C.de remiſ.pig.l.ſi eo tempore.
6 ¶†Itẽ quęro hic,lex quęrit de ętate,ex qua oritur b
impedimentum volenti adminiſtrare negotia ſua,
vel agere:qd de alĳs impedimẽtis.puta alicui eſt datus
curator,vt ꝓdigo:vel,vt furioſo:ipſe vult petere
principaliter pronunciari ſe ad bonos mores rediſſe:
vel ad ſanam mentẽ:vt ſic adminiſtratio ſuarum
rerum ei concedatur:an poſſit?Rñ.ſic:vt &c.&
l.j.j.de cura.fur.& ibi per Iac.de Are.& quod dicam
ſtatim.j.proxi.q.Idem dico,ſi aliquis fuit excom- c
municatus,vel per ſententiam pronunciatus infamis,
poteſt principaliter iudicis officium implorare:
vt pronuncietur ſententiam excõmunicationis
nõ tenuiſſe:vel ſe per ſnĩam infamatũ nõ eſſe:vt extrà
de offic.dele.c.cum cõtingat.facit.s̃.de fer.l.j.§.
j.In eo,quod dicit ſnĩa circa appellationẽ infirmabitur.
q.d.per officium iudicis nulla declarabitur.

a ¶Circa hanc materiam probationis ætatis.Vide oino Bar.cõſ.c.x.Pau.de ca.cõſ.cxl.&.cxlj.vbi ponit,quid ſi ſtatũ.tradat modũ ꝓbãdi ętatẽ,an intelligat̃ reprobare alios modos.& q̃dã alia in materia.Itẽ quis debeat probare ętatem.vide Felin.in.c.in præſentia.in.xĳ.col.extrâ de proba.Itẽ ſi alicui ſit datus tutor,vel curator,probatur per hoc ipſum eo tẽpore fuiſſe minorẽ.vide Alexan.ꝙ non.cõſi.xxj.in j.vo.Itẽ ꝙ nõ ꝓbat ſaltim eũ eſſe minorẽ nũc:licet anno vno vel duobus pręteritis fuerit ſibi datus curator,vt minori.vide Imol.cõſi.xxiĳ.Item ꝙ ſcriptura patris ꝓbet ætatem filiorũ qñ eſt facta ſuper natiuitate. Vide Pau.in.l.nã natales.C.de ꝓba.vbi Bar.& Saly.vide tñ circa iſtã materiã ꝓbatiõis ætatis vnũ ſing.cõſi.Socy.in cõſ.c.xxxix.ĩcip.ĩ cã agitata.in.v.col.in.j.volu.vbi dicit̃.ꝙ ſubſtitutus pupil.dicẽdo,ꝙ filius deceſſit pupill⁹,habet intentionẽ ſuã fundatã ex quo in dubio qs pręſumit̃ mori ĩ pup.ætate.In cõtrariũ tñ vide eundẽ Socy.in l.q duos.§.cũ ĩ bello.ff.de re.dubi.& ibi ſcripſi ad eum.Anto.Alex.

b ¶Hoc principaliter.Nota.ꝙ ſnĩa nulla pōt peti declarari nulla.Quid aũt ſi petat̃ caſſari qd importet.vide Bal.in.l.hi q ad ciuilia.C.de appella.

c ¶Fiet citatio.Aliter dixi ſecundum Bal.ĩ.d.l.in cauſæ.s̃.cauſa cognita.

¶Venio ad ſecundā[a]. q. qualiter ætas probetur.[b] Circa quod ſciendum eſt ꝙ probatio ætatis fit duobus modis. Vno modo ꝑ teſtes de veritate: alio modo per aſpectum. de quolibet videamus. ¶Et circa
7 primū† ſ. in probatione ętatis per teſtes: ſciendum eſt, ꝙ maior ętas poteſt probari de facili per teſtes, qui dicunt ſe vidiſſe talem viuētem, iam ſunt. xxv. anni completi: & modo viuit. Nam ſequitur de neceſſitate. ꝙ ipſe eſt maior. xxv. an. ſed in probanda minori ętate eſt maior difficultas. Nam primus terminus à quo incipit ętas, eſt punctus natiuitatis, qui modicus eſt, & non clarus: quando actus parturiendi, vt ſcitis, fit ī occulto: & ideo videt̄ quòd iſta ętas debeat probari per obſtetrices, quę interfuerunt tēpore partus, & viderunt puerum exeūtē de vētre: vt. l. iij. §. duę. ʃ. ad carbo. & not. in. d. l. ij. ſ. de fer. ſup verbo ętate. Et ideo iſta ꝓbatio eſſet indubitata ſi haberi poſſet. ſed ſi haberi non poſſet: tunc iſta ꝓbatio poſſet fieri per conſanguineos[c], & vicinos, q dicant, quòd tali tempore fuit natus talis. Interrogati q̄uo ſciūt? dicūt: qa ſunt ſui vicini & cōſanguinei: & etiā ante illū diē publicū & notoriū erat inter vicinos & conſanguineos, quòd talis non habebat talē filium: & illo tempore inceperit eſſe notorium, ꝙ talis filius ſibi natus erat. & hoc ſufficit. Pręſumitur enim, quòd vicini & conſanguinei hoc ſciunt: vt. l. filium. ſ. de his, qui ſunt ſui vel alie. iur. & . l. de tutela. C. de in integ. reſti. adeò, quòd ſufficeret dicere, quòd ſum vicinus & conſanguineus: vt dixi in. d. l. j. ʃ. ſi cer. pet. ¶Sed iuxta hoc[d] quęro de. q. quā habui de facto. Pone. quòd obſtetrices examinatę & interrogatæ dixerunt, puerum eſſe minorem. xiiij. an. Interrogatę quomodo ſciunt, dixerunt: quia viderunt eum naſci,[e] & ab eo tempore, quo natus eſt vſq; ad pręſentem diem, non cucurrerunt perfectè. xiiij. anni. Interrogatę quo anno natus fuit: & dixerunt ſe neſcire.[f] quæritur vtrum minor ętas ſit probata? & videtur ꝙ non: quia qui ignorat principiū à quo debet fieri numeratio: ignorat dinumerationē. vt. l. non facilè. in. j. colū. ʃ. de gradi. Sed contrarium puto verum.[g] Nam dicta teſtium debent intelligi, ne ſint ſibi cōtraria. vt extrà de teſti. c. cum tu. & in j. conſti. C. §. quibus. Modo cum teſtis dixerit: ſcio, ꝙ ab illo anno natiuitatis vſq; ad pręſentem diem facta cōputatione, non ſunt. xiiij. ann. elapſi: apparet, ꝙ intellexit quotitatem anni dinumerādo à dicto tēpore. De eo verò, quod poſteà fuit interrogatus. ſ. quo anno natus eſt, & dixit neſcio: debet intelligi neſcio dinumerare quotitatē dicti anni ab illa dinumeratione, quam ſibi feci. q. d. neſcio quot anni ſunt à natiuitate dn̄i, vel ab vrbe condita, & ſimilia: ſcio tamen quotus eſt annus à natiuitate huius pueri, de quo quærit̄. Et iſte eſt verus intellectus: & ſecūdū cōem vſum intelligit̄: cū qs interrogat̄, quo anno aliqd factū fuit. i. quo anno natiuitatis dn̄i à quo facimus dinumerationē annorū: vt in aut̄. vt p̄po. no. Impe. in prin. & quod no. C. de accu. l. in cauſis. Aduocatus autē debet eſſe multū cautus: qa qn̄q; teſtis recordatur de natiuitate, nec tn̄ recordat̄ de annorū numero: tūc debet aduertere, vtrū ille annus natiuitatis, vel menſis fuit in quo fuit aliqua nouitas. Verbi gratia: ſcio, ꝙ fuit natus talis eo tēpore, quo Imperator fuit in ciuitate illa interfectus: vel à quo Peruſini ceperunt ciuitatem Caſtelli. Vel quòd fuit natus eo tpe, quo facta fuit talis militia. tūc vn⁹ teſtis, vel duo pn̄t ꝓbare de natiuitate: alij ꝓbabūt de numero annorum de facili. ¶Secūdò[h] eſt videndum
8 †de probatione ętatis per aſpectū. dic ꝙ fieri debet ꝑ iudicē: vt. ſ. eo. l. minor. xxv. an. ex aſpectu. Quòd hoc aūt nō poſſit fieri ꝑ teſtes, apparet, quòd minor ętas nō videt̄: vn̄ ſi teſtis deponeret ꝑ aſpectū, eſſet magis iudex, q̄; teſtis: cū deponere deberet de his, q̄ ꝑcipiunt̄ ꝑ ſenſum corporeum, ſecūdū Innoc. extrà de teſti. c. cū cām. Si hoc eſſet verū inſurgeret magna iniqtas. Quid em̄ ſi in ciuitate iſta decederet q̄dā puer forēſis ętatis. xij. annorū: & expediret, ꝙ ei⁹ ętas ꝓbet̄? certè ꝑ iudicē nō pōt inſpici: qa mortuus eſt. Teſtes q eū cognouerunt, non pn̄t deponere de aſpectu, ſecūdū p̄dicta vicini & cōſanguinei nō ſūt: ergo eius ętas non pōt ꝓbari, qd̄ eſt abſurdū. Ideo dico ꝙ teſtis poteſt deponere de ętate alicuius per aſpectum: & faciet plenā fidem, nō tn̄ ſimpliciter: ſed ſecundū determinationē, quā dicā. ¶Ad cuius euidentiā pręmitto quędā. Et primò illud, quod ſępius ē dictū. quòd teſtis debet deponere ꝑ ſenſum corporeū, ſecūdū Inno. extrà de teſt. c. cum cām. & C. de teſti. l. teſtiū. & . j. de teſta. l. q teſtamēto. in fi. & [i] j. de his, q̄ in teſt. dele. l. j. in prin. Item pręmitto, ꝙ ꝑcipere ꝑ ſenſum corporeū ſine iudicio ītellectus nō ſufficit: & ideo impuberes, licet ſenſu ꝑcipiāt: tn̄ qa intellectus nō iudicaret, propter ætatis defectum, non ſunt idonei: vt. l. iij. §. lege Iul. ʃ. de teſti. & . l. j. C. de fal. mo. Itē aduerte, ꝙ ſubſtantia rei vel perſonæ, nunq; percipitur per ſenſum corporeum immediatè: vnde ſi tu diceres, ꝙ hæc cathedra eſt de ligno: quare? qa vides lignū. impropria eſt locutio. Nā tu vides colorem, q eſt obiectū viſus: ex colore iudicas quòd eſt lignum. vnde iſtud percipis iudicio intellectus, ꝑ colorē repręſentatū in intellectu ꝑ viſum. Idē de ſimilibus, ſi tu diceres, ꝙ vidiſti me numerare. x. florenos aureos, nō vidiſti aurū, neq; ſubſtātiā auri: ſed vidiſti colorem, qui reſultat ex ſubſtantia auri, ex quo iudicas aurum: & tamen licet hoc non percipiatur immediatè ꝑ ſenſum, valet eius teſtimonium. in aut̄. de teſti. §. & licet. C. de teſti. l. tæſtium. &
9 in aut̄. ibi poſita. ¶Hoc pręmiſſo, pono† primò in eo, quod eſt cognoſcibile ꝑ aſpectū ſecūdū cōmunē hominū notitiā: in eo eſt ſufficiēs redditio rōnis in teſte ꝑ aſpectū: licet iſtud cōſiſtat in iudicio ītellectus. tex. eſt in. l. pediculis. §. Neratius. j. de aur. & ar. lega. & . l. ſi quādo. eo. ti. & . C. de ca. fru. vrb. Ro. l. j. lib. vj. ¶Secūdò pono, ꝙ illud quod eſt cognoſcibile ꝑ aſpectū,[i] non ſecūdū hominū peritiā, ſed ex arte eius: nō eſt ſufficiens rationis redditio per aſpectum: ſed debet tunc aſpici ꝑ iudicē, ſeu peritos, quibus iudex cōmiſit: vt. l. cōparationes. C. de fide inſtru. & . l. j. §. j. de ven. inſpic. & . C. de re mili. l. ſemel. [k] libr. xij. ¶Nunc ad propoſitum in probanda ętate poteſt eſſe, quòd inter illud quod aſpectus iudicat, & illud de quo quærit̄, eſt modicus exceſſus: & tūc aut illud ex aſpectu nō eſt cognoſcibile ſecūdū cōmunē hoīm peritiam: & tūc debet fieri ꝑ iudicē: vel per illos, quibus committeret iudex: vt. d. l. minor xxv. an. & . d. l. cōparationes. cum ſi. poteſt etiā eſſe, ꝙ eſt tantus exceſſus,[k] quòd ꝑ aſpectū eſt cognoſcibile ſecundū cōmunē hoīm peritiā. Tunc in hoc reddit teſtis ſufficientē rōnē ꝑ aſpectū, & facit plenam fidē. Hoc probat̄. j. de proba. l. cū de ętate. in fi.
10 rectè intelligendo, vt ibi dicam. ¶Ad cuius† declarationē eſt videndum, qs ſit iſte exceſſus ſic cōmuniter cognoſcibilis. & per conſequens cognoſcem⁹ qn̄ nō eſt cognoſcibilis cōiter. Ad quod ſciendum eſt, ꝙ quāto qs eſt minor, tanto facilius ex modico exceſſu cognoſcitur ętas: & quāto eſt antiquior, tāto requirit̄ maior exceſſus: vt probat̄. j. de vē. inſpi. l. j. §. de inſpiciēdo. iſte aūt exceſſus non poteſt probari ꝑ legē, ſed ſecūdū motum animi mei, & habito colloquio cū pluribus doc. iuris Cano. & ciuilis nec non etiā medicinę ſup his, quę infrà dicā. Poſſumus tpa ſic limitare: qa ad ꝓbādā ętatē ſex mēſiū, deſcēſiuè ſufficiunt tres menſes: aſcēſiuè quatuor: vt hic. Mō volo ꝓbare, ꝙ talis tali tpe erat minor ſex mēſium. Teſtis dicit vera eſſe. Interrogatus quomodo ſcit, rn̄det, qa ex aſpectu corporis videbat̄ triū menſiū aſcenſiuè. Si volo ꝓbare ꝙ erat maior ſex menſiū: teſtis dicit vera eſſe. Interrogat⁹ q̄uo ſcit: rn̄det, qa eo tpe videbatur maior decē mēſium. Et hoc eſt qd̄ dicit̄ in. d. l. cū de ętate. in fi. ʃ. de ꝓba. ibi, ex quo pręcipuā fidē in ea re cōſtare &c. & verba q̄ pręcedūt ibi, ex eo anno cōputant̄. & ſeqt̄ ibi ex quo &c. debet igit̄ incipi à cōputatione annorū ex eo tpe, quo certū eſt ipm eſſe tantę ætatis. Sed qn̄ ipſe videbatur minor triū mēſiū cōi aſpectu: abſq; dubio erat minor ſex menſium. Ad ꝓbandum ætatē anni ſufficiunt deſcenſiuè quinq; menſes: aſcenſiuè ſex, modo p̄dicto. Ad ętatē triennij deſcenſiuè annus: aſcenſiuè. xviij. mēſes. Ad ætatē. vij. an. deſcēſiuè bienniū: aſcēſiuè triennium. Ad ætatem. xij. an. in muliere: & xiiij. in maſculo deſcēſiuè triennium: aſcenſiuè quadriēnium. Ad ætatem. xxv. an. deſcēſiuè & aſcēſiuè quinquennium

❧POMATES.

a ¶Venio ad ſecundā. Vide aliqua ꝑ Feli. in. c. in pręſentia. in. v. & . xij. colū. de proba.

b ¶Ætas probet̄. Vide no. ꝑ Bald. in l. ſi minorē. & ibi latè Sali. C. de in īte. reſti. vbi dicit, ꝙ in hoc indicia multū ꝓſunt. & ꝙ non admittit̄ ad ętatē ꝓbandam. & quę dixi in. l. non ſolum. §. ſed vt probari. de ope. no. nun. & dicit Gul. de Suſa. in l. j. C. ſi mi. ſe ma. di. qd̄ ętas minor pōt probari per inſtrumētū dotale factū ī die nuptiarū. ar. l. optimā. C. de cōtrahē. & com. ſti. de quo per Bald. in l. neq;. C. de ꝓbat.

c ¶Per conſanguineos. Adde. l. de tutore. & ibi Bartol. & Bald. de in integ. reſti. C. & ſi teſtis deponit cauſam dicti ſui: quia eſt vicin⁹ & coniunctus. Adde per Bar. per illū no. tex. in. l. de tutela. C. de in integ. reſti. minorū. & Bal. ad idē in. l. teſtium. in fi. col. C. de teſt. ꝓpe finē. In probatione ætatis ꝑ Sal. in. l. ſi minorem. C. de in integ. reſti.

❧POMATES.

d ¶Sed iuxta hoc. Vide remiſſiuè per Alex. in. l. non hoc. in. j. colū. C. vnde legi. Feli. c. lite. iij. colum. de pręſum.

e ¶Viderunt eum naſci. Quid ſi teſtis ſuper ętate in cauſa ſcientiæ dicit: qa recordat̄, ꝙ tali die natus eſt. probatur ſecundū Bal. no. in l. ij. C. de tēp. app.

❧POMATES.

f ¶Se neſcire. Vide Alex. cōſi. xlij. col. fi. vol. iij. Feli. c. quoties. colū. iiij. de teſtib. & . c. cum cauſam. eo. titu.

g ¶Puto verum. Idem dicit Ange. & Imo. in. l. ij. §. idē Labeo. de aqua plu. arc. adde Sali. in. d. l. ſi minorem.

❧POMATES.

h ¶Secundò. Vide aliquid per Anto. de bu. conſil. xlvj. in. iij. colum.

i ¶Per aſpectum. No. de probatione ętatis, per aſpectū. & vide quod nota. Bal. in. d. l. Deo nobis. in. iiij. col. C. de epi. & cle. & cum Bar. hic cōcor. Bal. in. l. ſolā. in vlt. col. C. de teſt. vbi dicit ꝙ ſi teſtis deponit ſup ætate, & interrogat⁹ in cauſa ſciētię dicit, ſcio ꝑ aſpectū corporis, quòd non probat. alleg. Bar. in conſi. incip. in. q. vertēte inter. d. Symonē. ꝑ Saly. in. l. ſi minorē. poſt Bal. C. de in integ. reſt. & Sali. in. l. cū te. C. de probat. & Io. an. in addi. Spe. in ti. de teſt. §. j. ī. ij. char. ſuper verſ. ſed nunquid. incip. ad declarationē. cum quo tranſit Imo. in l. ad teſt. §. j. de teſt.

k ¶Tantus. Exceſſus. Adde Bal. in. l. ſolā. C. de teſt. & in rub. C. de proba. in fin. & de probatione ętatis vide Bal. in. l. cū te. C. de proba. & late Io. an. in regula, infamibus. in merc. Adde qd̄ dicit Bal. in rub. de proba. in fin. quòd aſpect⁹ poſſet eſſe talis & tātus, quòd inferret ex neceſſitate naturę. & dicit Bal. in. d. l. cum te. in vlt. col. ꝙ ſufficit probare ętatē ꝑ veroſimilia. licet nō certitudinariæ. Et quid de ſcriptura quam facit pater tēpore natiuitatis filij: an probet ętatem, vide Bal. in. l. neq; natales. C. de proba. & de inſtrō matrimonij cōtracti dixi. ſ. & ſcriptura facta de natiuitate ab alio etiam q̄; à p̄re, vide Bal. in rubr. C. de fide inſtr. in. iiij. colū. latè per Sali. ī. l. ſi minorē. C. de in inte. reſt. & Bart. in conſil. incip. in. q. vertēte inter. d. Symonē &c.

a ¶Nunc ad propositum. Adde qđ no. in.l.j.ff.si cer.pet. Andrę.Barba.
b ¶Dicat nescio. Et adde Bal.in.l.data opa.C.qui accu.in.xv.colũ.vt Imo. in.l.iij.§.duę.j.de car.edic.vbi quoq; dicit cui incumbit onus ꝓbandi ætatẽ.& vide bo.glo.lxxxj.dis.pręsbyter.& Spec.in ti.de actore.ver.si ergo.& per Bal.plenè in.d.l.cũ te.& quod dixi post Bar.in.l.si Titius.de fideiuss. vide Bal.in.l.j.C.si quis rem mi.ergo &c.plenè per doc. in.c. in pręsentia. de proba.maximè per.d. Abba. vnde dicit Bal.in.l.j.s̈.de his, qui sunt sui. Et ibi Pet.de Ancha. quòd testis interrogatus, quid est notorium, si dicit se nescire, non valet eius testi.si dixerit factũ esse de die:& si dixerit aliquem esse malæ famæ,& nesciat quid sit bona fama:qa cõtraria cõtrarijs ꝓbãt:& q cognoscit vnũ cõtrariorũ cognoscit & reliquũ.d.l.j. qđ no.& ad Bart. hic,facit, qđ ipse not.in.l.j.j.si certũ peta.sec⁹ tñ dicas, si testis deponeret super fama:quia si posteà interrogat⁹, quid sit fama,dicat nescio:valet secundum Bald.in.l.j.si cer.pe.qđ ipse no. in.d.l.data opa. in viij.&.ix.colum.& istis adde nota.do. Cyn.& Bal.in.l.ij. in fi. C.de do.ante nup.vbi sufficit, ꝙ dicat testis recordor,quod in tali donatione nõ fuit cã expressa,licet posteà dicat se non recordari,qs cõtract⁹ ibi fuerit celebratus,& q̃ verba ibi interuenerint. sed sufficit de sustãtia cõtractus recordari. Adde cui incumbat onus probandi ætatẽ Bald.consil. cxxxiij. libro. iij. Pau.de cast.consi. cxl.& qualiter testes debeant deponere ĩ ꝓbatiõe ętatis. Vide Bal.cõsil. cxliij.lib.iiij.& cõs. cclxiij.lib.iiij.

POMATES.
b ¶Dicat nescio. Pro isto dicto facit dictum Ioan.an.in addi.Spe.in titu.de teste.§.nũc.videndum.in vlti.addi. dum loquitur de teste,qui debet examinari super duobus capitulis.& quod no.idem Bar.in tracta.de test.in glo.in versi.rem aliquam.& idem Bart.in.l.Labeo.ij.col.ver.sed quęro quid si testis.j.de sup. leg. Et qđ no.Ang.fortioribus terminis.cõs.clxxiiij.incip.thema sup quo petitur,dum loquitur de teste deponente super aliquo cõtractu. Vide etiã ad dictum Bar.hic Alex.consi.cvij.aliàs.xvij.in.ij.col.in.iiij.vol. Feli.in.c. cum tu.in.vij.colũ.de testi.& dictũ Ioan.an.sequi.Feli.in.c.fraternitatis.in v.colũ.versi.sed vltrà.de testi.&.c.cum causa.eo.titu.
c POMATES. ¶Dixerim. Idem voluit Albe.per illum text.l.nõ erit.§.dato.de iureiuran.

quinqueniũ. Ad ætatẽ.xl.an.descẽsiuè,& etiã ascensiuè.viij.an. Ad ætatẽ.lxx.an. descẽsiuè, ascẽsiuè.x. anni ab inde.s̈.vsq; ad ętatem centũ annorũ descensiuè & ascensiuè.xv.anni. Et idem quod dictũ est.s̈. in dictis temporibus:intelligas in tẽporibus medijs. Similem limitationem temporum facit Iuriscõsultus.j.ad legem falci.l.hęreditatẽ. Et ad prędicta facit,quod legitur Ioan.viij.c.circa fi.vbi dicit̃,ꝙ Iudęi dixerunt Christo.l.annos nondũ habes & Abraham vidisti.certum est quòd Christus illo tempore erat.xxxiij.an.vel circà.& sic errabat̃ in aspectu maiori tpe.x.an.cõtra ea, q̃ dicta sunt. Respon.ego volui habere expositionẽ theologorũ dicti.c.& iter alios reperi sanctũ Tho.de aquino.q dicit,mirandũ est,quare nõ dixerunt.xl.an.nondum habes &c.cũ Christus erat.xxxiij. an.vel circà.& allegat alios doc.antiquos,q de hoc mirabant̃. Ecce ergo,ꝙ habeo illos doc.ꝓ me,ꝙ excessus.x.an.videt̃ cognoscibilis manifestè.& ideo mirabãtur illi doc.cur Iudęi dicebant Christo de.l.an.vnde respõdẽt ipsi, quòd sic occurrit eis:non ꝙ tantę ętatis videret̃. Alij dixerunt ꝙ ideo dixerunt.l.an. nõdum habes &c.quasi nondum peruenisti ad annum Iubilęum,in quo fit remissio peccatorũ.quomodo ergo te dicis tantam potestatem habere.& sic concludunt ꝙ non videbatur tot annorum. Alij dicunt,quòd est speciale in Christo propter ieiunia multa & abstinentias,& labores. Et breuiter quicqd sit, ille tex.nõ facit contra me,imo facit pro me. Dicit eñ.l.annos nõdum habes.q.d.nõ videris tãtę ętatis ex aspectu.non autem dicitur ibi ꝙ tantę ætatis videretur:& sic nõ facit cõtrà. Sis ergo cautus in modo articulandi:quia si referas te ad aspectũ ætatis iuuenilis,modicus excessus requiritur. Si verò referas te ad aspectum ma-
11 ioris ętatis:tunc requirit̃ maior excessus. ¶†Sed iuxta hoc quæro:pone ꝙ testis interrogatus deposuit de aspectu secundũ ea,quę dixi suprà:quia ex aspectu diceretur homo.xxx.an.quid habet testis dicere.& idem in similibus qõnibus. Rñ.debitis scire,ꝙ ideo hic dicitur,qđ manifestũ est,non indiget probatione:quia nulla probatio põt fieri de manifesto, quin sit magis obscura,q̃ manifestũ. Et ideo dicit lex quòd illud,quod est demõstratũ,nõ indiget alia demonstratione:vt.j.de do.pręle.l.j.circa finẽ. Nũc
a ad propositum[a] pono vnum aliud exẽplũ:testis,interrogatus,si talis res erat alba,dixit quòd sic:qa vidit.interrogatus qd est album:dico,ꝙ de hoc nõ debet interrogari.& testis potest dicere,si interrogaretur quid sit albũ: nescio tibi aliter demonstrare. qa est ita clarũ de se,ꝙ non indiget alia demonstratione.vt.d.l.j.in fin.de do.pręle. Nunc ad propositum, iste aspectus temporis & ætatis non est bene declarabilis per notas & signa,qñ nõ sunt in forma.quia qdam sunt barbati:quidã non:quidã rubei:quidam non:& quidã parui:quidã magni,& sic de si.sufficit ergo, si testis dicat interrogatus qd est aspectus tanti temporis,nescio tibi dicere,nisi quòd est aspectus
b tanti tpis. ¶Sed qd si simpliciter dicat nescio?[b] Rñ. idem. Nam intelligit̃ nescio.subaudi,aliter declarare,q̃.s̈.dixi. Simile nota.j.de verbo.ob.l.stipulatio ista. Itẽ interrogatus,qui dixit aliquem possidere, quomodo scit:si dicat se scire eum possidere:quia eũ vidit arare,seminare,fructus colligere,& silia facere. Si posteà interrogat̃,qd est possidere:nõ cogitur rñdere.nã sufficit,si dicat,nescio aliter,q̃.s̈.dixe
c rim:[c] vt.d.l.stip.§.hi quoq;. ¶Sum⁹ expediti de se-
12 cũda.q.prĩcipali,venio †ad tertiã.q.cui incũbit on⁹ ꝓbandi.glos.hic dicit,ꝙ iudex ex aspectu corporis transfert onus probandi de vno ad aliũ:sed in dubio ei,qui dicit incumbit onus ꝓbandi.& si vtroq; negante,posteà vnus dicat,nego te minorem:alius dicat,nego te maiorem:tunc dicit glo.fortè pręsumit̃ minor:qa semel fuit minor:vt.C.de ꝓba.l.siue possidetis. Cy.hoc examinat.C.de ꝓba.l.cũ te. ¶Tu dicas,ꝙ illud dictũ,an ponatur affirmatiuè,vel negatiuè,nihil est dicere secũdũ Iac.de Are.duab⁹ rõnibus. Prima:qa tunc est verum,ꝙ ei qui negat,non incumbit onus probãdi,qñ negatiua nõ est probabilis:vt.l.actor.C.de ꝓba. Secũda:qa vt sæpe dixi vobis,illa oratio est negatiua,quę significat priuatio-
d nẽ. Illa est affirmatiua,[d] quę significat positionẽ.nõ curo,quib⁹ verbis ponatur:vt no.j.de do.excep.l.fi. in fi:& probat̃.ff.de verb.ob.l.inter stipulã.in prin. &.j.de iti.actuq; priua.l.j.§.j.vñ ĩ ꝓposito,siue qs dicat,nego me maiorem, siue dicat:dico me minorẽ. semper ista negatiua est:qa illud verbum minor, habet negationẽ in se:vnde sępe ponitur in iure min⁹, id est nõ idẽ. Est ergo idẽ dicere,sum minor.xxv.an. & qđ nõ habeo.xxv.an.& eodem mõ si dicã te maiorẽ,siue nego te minorem:est affirmatiua:qa nego negatiuã,& sic affirmo. Et ideo in ista materia, cui incumbit onus ꝓbãdi,dicas sic:aut iudex ex aspectu trãsfert onus ꝓbãdi in aliquã partẽ:& illa debet ꝓbare,aut nõ:& tũc aut vnus allegat ętatẽ maiorẽ ad fundãdã intentionẽ suã,& ipse debet eã ꝓbare. Aut allegat̃ ætas minor ad fundandũ intẽtionẽ minoris:& idẽ,vt ipse,q allegat debet hoc ꝓbare.& de hoc est casus.C.de in inte.rest.l.si minorẽ.vbi si minor petit rescindi cõtractũ,tũc qa minor ætas est suę intentionis causa,ipse debet probare:vt ibi patet. Nec obst.qđ gloss.hic dicat,ꝙ semel fuit minor:&
13 ideo †hodie pręsumitur minor:qa illa regula[e] nõ pręe
e sumitur in his,quę cursu tẽporis mutantur:vt in ętate.j.de excu.tu.l.spadonẽ.§.qui absolutus.& ita intelligitur.C.de ꝓba.l.cum te.vnde cum tu agis,& alius opponit tibi,ꝙ tu es minor:ille debet probare: vt no.in.l.cum te. Quandoq; ętas nõ est causa intentionis alicuius:vt puta,si nil aliud intendo principaliter,nisi probare ætatem:tunc ei,qui dicit ætatem incumbit onus probãdi.de hoc est casus hic. ¶Expeditus de tertia.q.prĩcipali,venio ad quartam. Et super quarto & vltimo dubio,quæro de probatio-
14 nis effectu. ¶†Et videndum est primò,vtrum probatio sola sine pronunciatione pariat præiudicium. & videtur quòd non:vt.j.de iureiuran.l.sed & si possessori.§.fin.in gloss.super versic.probatum esset. In contrarium est veritas per tex.hic ibi,per eam probationem &c.nil autem dicit de pronunciatione. Et sic no.ꝙ probatio sola sufficit.& hoc puto verũ. Nõ ob.lex cõtraria.& qđ ibi dixi,qa ibi nõ sufficit ꝓbatio sola ad actionẽ ꝓducẽdã,sed ad actionẽ
15 productam adiuuandã sufficit:vt hic. ¶†Secundò est videndum,vtrũ probatio facta in vna causa pręe
f iudicet in alia[f] prorsus extranea separata,& distincta.& in glos.sunt opiñ. Finaliter determinat in omnibus fieri pręiudicium,vt in ea habebitis.& tamen est intelligendum cum distinctione,quam dicam.j.
16 ¶†Tertiò est videndum,vtrum sententia lata su-
g per ætate[g] faciat ius. Gloss.hic dicit, quòd sic. quòd non est verum:quia potest admitti probatio in contrarium.s̈.eo.l.minor.xxv.an.ex aspectu.quod non esset,si faceret ius. ¶Et ideo est aduertẽdum. nam qñq; probatur ex confessione personæ de cuius ętate agitur:& tunc aut ista probatio est facta cum iuramẽto corporaliter pręstito:& tunc dicta cõfessio nõ porriget effectũ suũ ad alias causas vel personas, q̃ ad eas,in quas est facta dicta cõfessio.not.in aut. sacramenta.C.si aduer.ven.in.x.q. Quod dic vt ibi.
h Qñq; ætas[h] probatur per alios modos legitimos:vt puta testibus,instrumentis natalium:& si.vt.s̈.dixi in.l.si minorem.C.de in integ.resti.&c.

d ¶Affirmatiua. Adde Bald.in.l.cũ te. de proba.in vlti.q. Barto.& Salice.latè in.d.l.si minorẽ.
e ¶Quia illa regula. Adde textum in.c. in præsentia.de ꝓbat. Et an fundans intẽtionem suam, sup validitate act⁹, cogatur probare habilitatem personæ:dic quòd non. tex.est not.in præallega.c.in præsentia. Et sic probato actu, præsumitur habilitas personæ ad ipsum actum, quod est valde no. Ideo si producitur testamentum factum à minore, ꝓducens non tenet̃ probare quòd erat maior . xiiij.annis. quod est not.secundum do. Ioan.de Imol.in præal.c. in pręsentia.vide Ioan.de Imol.in consil.cxiiij. & vide Bart.in cõsi.xxiiij. incipi. Barto.Raphelli.secũdũ ordinẽ libri mei,tangit cui incumbat onus ꝓbãdi,in qua ætate decesserit filius, vide Bar.in consil. c.incip.in.q.vertẽte inter do.Sy.vbi dicit,ꝙ ille tenetur probare ætatem, q super illa se fundat, & dicit de modo ꝓbandi,& non sufficit dicere,ꝙ tot an. nisi deponat p sensum corporis. vide ibi omnino Andr. Barba. Et an ille, qui se fundat in ętate debeat illam ꝓbare, adde vt per Alexan. cõsi.clix. colum. penulti.in v.volu.& per Francis.de Aret.& Moder.in capi.in præsentia.de proba.
f ¶Præiudicet in alia. Per Sali.in d.l.si minorem.
g ¶Sententia lata super ætate. Vide Innoc.in.c. cãm.el ij.qui fil. sint legi. gl.mag.per Salice.
h POMATES. ¶Quandoq; ætas.vbi Barto.consi.lxxxviij.incip. quęstione in Fran.in.j.col.& Imol.consi.cxiiij.in.iij.colum.

&.C.si mi.se ma.dixe.l.ij.&.l.si alteri⁹.&.j.de excu.
tut.l.excusatum. in princ.¶Et in istis est aduerten
dum:aut ętas est ꝓbãda inter duos litigãtes,non in-
teruenientе eo,de cuius ętate agiť:& tunc illa ꝓba-
tio in alia causa nõ pręiudicat,per regulam genera-
lem.j.de excep.rei in.l.cũ quęritur.Ista enim.l.loqui
tur solum,quando maior factus est in iudicio.Dicit
enim de ętate ei⁹.qui se maiorẽ &c.Ex eo eñ,quòd
dicit se maiorẽ &c.patet ꝙ ille,de cui⁹ ætate agitur
fuit in iudicio:tũc aut ꝓbatio seu ꝓnũciatio fuit fa
cta aduersario cõtradicẽte:& indistinctè habeť pro
veritate quo ad eũ:siue sciuerit cõtrariũ esse verũ,si
ue ignorauerit:vt.s̃.e.l.ait pretor.§.permittitur.sed
quo ad alios non est idẽ:vt.j.dicã.Si verò fuit facta
aduersario nõ cõtradicẽte:tunc aut dolus,vel falla-
cia eius,de cuius ętate agitur interuenit:& indistin-
ctè præiudicat quo ad eũ,aduersus quem dolus,seu
fallacia fuit adhibita:vt.l.ij.&.l.si alterius.C.si mi.se
maior.dixe.aduersus alios puto,quòd ipsi minori
nõ pręiudicet:nisi eo modo,quo.j.dicam:quãdo do-
lus non interuenit:vt.j.quibus ex cau.in posses.ea.l.
Fulcinius.§.ꝙ si aduersus.Aut nõ interuenit dolus,
vel fallacia eius,de cuius ætate agitur,& tunc si qui
dem aduersarius sciebat eũ esse minorẽ,& sic sentẽ-
tiam non contineret veritatem:& tunc sententia &
pronũciatio ei nõ opitulatur:vt.d. l.si alterius.ij.rñ,
&.l.minor.xxv.an.ex apectu.s̃.eo.siue sciuerit ve-
rè,siue pręsumptiuè:vt.d.l.de tutela.C.de ĩ integrũ
resti.mi.Aut neuter eorum sciuit,vel in dolo fuit:&
tunc aut minor vult venire cõtra dictã probationẽ
seu pronunciationẽ certãs de dãno vitãdo:aduersa-
rius verò certans de lucro captando:& minor audi-
tur.In hoc tamen minori præiudicatur:quia ipse ha
bet necessitatem probandi cõtrariũ:vt.d.l.si alteri⁹:
secũdum lec.Azo.Aut minor certat de lucro captã
do,& aduersarius de dãno vitãdo:vt puta si debita
minori soluit,& minor perdidit:& tũc minori om-
nino præiudicatur,vt hic.&.l.minor.xxv.an.s̃.eod.
Aut minor certat de dãno vitãdo in futurũ,hoc est,
licet per illam probationẽ,seu pronunciationem sit
dãnificatus in præteritum,ne dãnificetur decętero:
& audiť volẽs ꝓbare cõtrariũ, & deducere cõtrariũ
in notitiã cuiuslibet.Quod patet ex his,quæ dicta
sunt:qa scienti cõtrariũ talis sñia nõ opitulať:& p̃-
dicta vera,qñ probata est ætas maior,quę cursu tẽ-
17 poris nõ decrescit.¶Sed q̃ro,quid[a] si in vno iudicio
a probať,ꝙ est minor:vtrum illa sententia faciat fidẽ
in omnibus alijs causis?videť ꝙ nõ.Nam ista lex lo-
quitur de ætate eius,qui se maio.di.&c.non de eo,q
se minorem.Pręterea ex his,quæ solo cursu tẽporis
mutanť:probationes factę in vno iudicio,nõ faciũt
fidem in alio:vt.j.de excu.tu.l.spadonem.§.qui ab
solutus.& ibi per Dy.sed minor ætas est huiusmo-
di:quia solo cursu tpis mutať:ergo &c.Solu.aut ex
illis actis volo ꝓbare me esse minorẽ modo:& non
possum p ea,q̃ dicta sunt.Aut volo probare me fuis
se minorem tunc.& etiam puto,ꝙ dictę ꝓbationes
sufficiant per hanc leg.Eadẽ enim ratio est in.l.ij.s̃.
de fer.ibi,vt ætates probenť &c.Et ideo puto sanũ
b esse consiliũ,[b]quãdo aliquis est paruulus,quòd fa-
ciat causa cognita pronunciari ex aspectu:vel alijs
probationibus se esse certę ætatis:tunc enim ex cur
su temporis sequentis probabitur cuius ætatis sit:&
18 iudex debet hoc facere.Nã in his,†in quibus aspe-
ctus mutatur,iudex debet pronũciare ex aspectu:
vt in futurũ fidem faciat:vt.l.ij.s̃.de ferijs.ibi,aut ex
aspectu atrox iniuria &c.dixi in.l.ij.j.iudicatum sol
19 ui.¶†Vltimò quęro,qd de alijs impedimentis: pu-
c ta,iudex pronunciauit me non esse infamem[c] ex ta
li sententia:vel non esse excommunicatũ?videtur si
mile.Vtrum hoc faciat præiudicium in alijs causis?
& videtur quòd sic:quia in modo probandi,siue ꝓ-
nunciandi pręd̃icta ęqparanť:vt dixi.s̃.circa primã
partem.Contrarium tamẽ dico,ꝙ hæc lex singulari
ter & specialiter loquitur in probatione ætatis.Et
ideo dicendum est:aut dicta sententia lata est cum
legitimo cõtradictore:cuius specialiter seu principa
liter interest:& facit fidẽ quo ad omnes:sicut dici-
mus in querela ĩofficiosi testamenti & si.secus si nõ
fuisset lata cum legitimo contradictore:vt.j.de col-
lusi.detegẽ.l.cũ non iusto.& quod not.C.qui.res iu-
dicata non noc.l.ij.& illud est in simili &c.est etiam
speciale in causa ætatis:quia sententia lata in vna
causa speciali inter minorem & alium,facit præiu-
dicium in omnibus alijs causis,etiam nõ habentib⁹
dependentiam ab illa:vt hic,&.l.minor vigintiquin
ꝗ an.ex aspectu.s̃.eodẽ.etiam si fuerit interlocuto-
c dens est actio rescissoria.& hoc tāgitur in fi.gl.hic ibi.Sed quidam dicunt maioribus iure actionis subueniri, asserentes rescissorium statim eis reuersis dari &c.& fundant se per.l.fin.C.eo. vbi innuitur,ꝙ statim isti rescissoriæ præscribat̄,ergo est nata. Sed dic,ꝙ ibi præscribit̄: hoc est eius natiuitas impeditur: sed currit tempus officio rescindenti:hoc est beneficio petendi restitutionem in integrū.Dicit ergo gl.hic,ꝙ hoc est officiū iudicis,quod impetrat̄ à ptore viuo,qui dat restitutionē authoritate edicti ptoris mortui ad instar minoris:vt.s.de mino.l.ꝙ si minor.in fi.qua restitutione habita intentabitur rescissoria.Istud est verum,quod est officium secundū omnes do.vt probat̄ per tex.in.l.si quis stipulatus.j eo. Et ego probo per rationē: nam quandoꝗ verba edicti referuntur ad iudicem: tunc ex illo edicto inducitur officium iudicis,& ad ipsum iudicis officium recurrit̄:vt patet in edicto de minoribus. vbi dicitur, quæ res erit animaduertam:ex quo oritur officium iudicis:vt in.d.l.ꝙ si minor.s.de mino.in fin.& no.in.l.si soror. C.de colla.Facit.l.j.in princi.j.de colla do.dixi plenè in.l.j.j.de condi.ex lege.&.l.ij. de ali.lega.vbi videtur casus.sed istud edictū est huiusmodi.Di-
10 cit enī,si qua mihi iusta cā videbit̄ &c.¶†Sed quæro,quale sit
d istud officium iudicis:vtrū requiratur[d] libellus lit.cōtest.& similia.Innoc.extrà de in integ.resti.c.cum ex literis. videtur dicere, quòd aut istud officiū.s.restitutio,imploratur circa illud, quod factū est extra iudiciū:& tūc requirit̄ libellus,litis cōtestatio,& similia:vt in.c.si.extrà de offi.iudi. Et hoc est quod dicit̄ restitutio debet dari causa cognita:vt.l.in causæ.§.causa cognita.s.de mino.Aut petitur aduersus sn̄iam:& tunc potest expediri summariè,vt in officio iudicis,primum placet. Sed in hoc vltimo ego dicerem sic:aut restitutio petitur aduersus aliquod factū in iudicio,pterꝗ aduersus diffinitiuā sententiā:& tūc sine libello & lit.cōte.fiat summariè:vt.d.c.si.sic intelligo.l.diuus.s. de in integ.resti.& qđ no.in.l.fi.C.vbi & apud quem. Si verò petitur aduersus diffinitiuā sententiā: tunc puto, quòd debeat dari libellus,& lis cōtestari. Quod apparet:quia in integrū restitutio & appellatio ęquiparatur:vt.l.pręses.s.de minoribus. sed in causa appellationis:q̄ agitat̄ vtraꝗ parte præsente debet lis contestari:vt.l.j.C.ne in vna eadēꝗ; cau.li.tertio prouo. ergo & in ista restitutione.Pręterea hoc probatur in.l.minor autem magistratus.§.j.s.de minori.vbi apparet, quòd qn̄ petitur restitutio aduersus sn̄iam debent causę inseri,& nō obscurè,& incolorate peti.ergo apparet,quòd debet fieri solenniter:Prætereà cum restitutio in integrū possit peti corā alio iudice superiori: qs dicet hoc fieri p officiū iudicis mercenariū actioni deseruiēs cū de prima causa cognouerit? certè nō video:quia illud quod dixi de lite contesta.intellige, qn̄ hæc cā agitat̄ qualibet parte pręsente.Si verò agitaretur parte absente:tunc posset perueniri ad diffinitiuam:etiā lite nō contest.quod tangitur hic in glo. ibi.Et quia tm̄ in pristinū statum restituitur,videtur quod etiā absente parte possit dari &c. Quod intellige, vt plenè not. per doct.C.si vt se ab here.absti.aut.si omnes.in vlt.q.¶Venio ad
11 secundū.s.qn̄ incipiat† cōpetere istud officium iudicis.glo.hic & in.l.fi.C.de tempo.in inte.resti.respondet,ꝙ à tēpore reuersionis,subaudi & lęsionis complete. & ex hoc sequitur vna talis consequētia. Pone,ꝙ incœpta est pręscriptio. xxx.ann.me absente per annū.Postea reuertor, & sto præsens.xxix.annis. certè finita pręscriptione potero petere restitutionem ad illum annū,qui currit in absentia.Ita tenet hic gl.circa fi.ibi,ita si fuit absens primo anno &c.vide gl.¶Item ex hoc videtur,ꝙ si cōtra minorē.xxv.annis vltimo anno inciperet currere præscriptio.xxx.an.quod finitis.xxx.annis posset petere restitutionē in integ.& sic cū esset quinquagintaquinꝗ an.vel.lxv.si poneremus in præscriptione.xl.an.vt no.in.l.fi.C.de tē.in inte.resti. petē.Iac.de are.& Pe.habent hoc pro inconuenienti, vt not.in l.fi.C.de tempo.in integ.rest.in.v.q.nec mirū: cum ipsi teneāt opi.Mar.s.ꝙ qn̄ pscriptio completur,& currit in præsentia,nō restituit̄ aliquo modo:vt.s.dixi.meritò ista quæstio nō procedit:sed procedit ista q̄stio tenēdo opi.Io.& Bulg.do.Iaco.but. insti.de ac.§.rursus.tenet glo.simpliciter, & plus nō examinat Gul.de cug.qui tenet opi.Bulg.& Ioan.vt vidistis, dicit, quòd aut tps,quod currit in pñtia,est minus quadriennio:& pōt dari restitutio.Aut est plus quadriennio : & tunc secus:ne sit melioris conditionis ille, qui plus est negligens, ꝗ ille qui minus est negligens.Ille enim cōtra quē tota pscriptio currit in absentia,habet quadrienniū,& nō plus ille cōtra quē modica currit in absentia,vel pñtia posset habere.xxix. quod esset incōueniens secūdū istā opi. Tempus qđ currit in pñtia operat̄ duos effectus.s.quòd cōplet pscriptionē:& quòd absorbet tempus petēdę restitutiōis in inte.hoc videt̄ contra casum.l.necnō. §.si qs sępius.j.eo.vbi dicit̄,ꝙ si qs sępiꝰ cā reipublicę abfuit:ex nouissimo reditu tps restitutionis esse cōputandum. Prout enī ibi loquitur in tempore petēdę restitutiōis:vt ibi dixi secundū Iac.de are.nō debent cōputari ex nouissimo reditu:imo tempꝰ primi reditus minueret de tempore petēdę restitutionis in integrum,secūdū prędictā opi.& sic opi.Gul.videtur contra casum dicti.§. ¶ Mihi videtur sic dicendū:qnꝗ pscriptio habet duo tēpora:quia cœpit in pñtia,& finit̄ in absentia. & tūc fateor quod currit tps à die reuersiōis seu restitutionis : vt.l.fi.C. de tēpo.resti.in ītег.secūdū oēs.Qnꝗ cœpit in absentia & finita est ī pñtia.Et tūc secūdū Mar.& sequētes,ista q̄stio nō habet dubiū:quia nō dat̄ restitutio,secūdū nos, q tenemꝰ restitutionē dari aliquo casu ꝓcedit dubiū. Quo casu dic, aut erat in ptāte mei,q sum reuersꝰ,ne finiret̄ lęsio īcœpta:qa poterā agere,litē cōtestari,& siłia:& tūc puto verā opi.Gul.s.ꝙ si currit in præsentia tantum tps, quātū est quadrienniū:hodie non restituat̄.si currit minus eo tēpore, quod restat pōt petere restitutionē.Hoc patet per rationē suam. Hoc etiam probo quando

a ¶Non placet.Ad de Bar.in.l. A Emilius.s.de mino.

b ¶Scilicet ad opi. Sed Bart.in.d.l.qđ tēpore, tenet opi. Bulg.indistinctè.

POMATES.

c ¶Ad primum.Vide Iaso.in.§.rursus. in.j.&.ij.colum.instit. de act.vbi declarat.

d ¶Vtrū requirat̄ Et vbi proceditur. off.iud.an requirat̄ lit.cōtest. vide per dominū Ant. post Imo.ī.c. quoniam frequenter.§. sunt & alij.vt li.nō conte.& quod no.Bar. in.l.j.§.fi. de va. & extraordi.cog. Facit ꝙ in inquisitiōe dicimus,an lis contestetur. & vide et in.d.l.diuus.& not. Bal.in.l.fi.C.de tēpo.in inte.resti.& qđ no.in ru.de īterro.ac. per Bal.in.l. j.ff.de iu.om.iu. & ibi p Cy.in vlti.q.

negligentia adhibita in vno, tollit id, qđ eſt alterius beneficij:
tunc neglig̃etia nocet in illo beneficio: vt. l. fi. C. de his, q̃ à non
dño ma. & not. l. item ſi res. in princi. j. de ali. iudi. mu. cau. fac.
Sed hęc cauſa reſtõnis cõcedendę, cõtra cõcedẽtẽ p̃ſcriptionẽ,
q̃ currit in abſentia eſt ęquitas: quia nõ potuit ſe iuuare. Cauſa
quare nõ daĩ reſtitutio cõtra p̃ſcribentẽ, q̃ currit in p̃ſentia eſt:
quia videĩ conſentire & alienare: vt. l. alienationis. j. de verb. ſi-
gni. Et ideo ꝑ iſtã patientiã pręiudicaĩ etiã in tp̃e petendæ re-
ſtitutionis. ad qđ optimè facit. ſ. proxi. §. ſi dãni. Pręterea vi-
deo in filio inſtituto ſub cõditione poteſtatiua, ſi negligit im-
plere conditionẽ: & ſi reperit ſe lęſum & præteritũ, nõ põt con
queri: quia in ptãte ſua erat, ne lędereĩ: vt. l. ſuus quoq́. §. j. & . ij.
j. de hęre. inſti. Ita cũ hic in ptãte ſua erat, ne lędereĩ: lęſus non
debet audiri. Pro hoc facit: quia ſequerenĩ incõueniẽtia illa: ꝙ
peioris cõditionis eſſet minus negligẽs, q̃ plus, & ꝙ plus de tp̃e
habet ille, q̃ plus negligeret, q̃ ille qui minus. q̃ abſurditas de-
bet euitari: vt. l. ſcire oportet. §. aliud. ſ. de excu. tut. Si verò non
a erat in ſua poteſtate impedire, ne lędereĩ[a]: tũc ꝓcederet gl. &
tẽpus inciperet currere à die lęſionis cõpletæ, licet per mille an
nos differret: vt. l. j. §. annus. j. q̃n actio de peculio eſt annalis. &
l. bouẽ. §. pe. de ædil. edic. Exemplũ: pone ꝙ teſtator me ſub ſti
tuit filio ſuo poſt mortẽ ſuã, ſub cõditione, ſi intra annum à die
mortis teſtatoris darẽ. x. Titio: modò intra annum, quia erã ab-
ſens cauſa reipublicę, nõ dedi. adhuc nõ ſum læſus: quia nõ ex-
titit cõditio ſubſtitutionis. Certum eſt, ꝙ cõditione pendente,
debeo reſtitui: vt. j. l. proxima. §. eum quoq́. etiã ſi multũ diffe-
ratur cõditionis euentus vltra quadriẽnium: vt. d. §. annus. & . d.
l. bouẽ. §. pe. Prædicta vera, niſi læſio cõtingeret ex ſñia iudicis:
tũc enim receptũ eſt propter vtilitatẽ: vt à die latæ ſententiæ
currat tempus, nõ expectato cõditionis euentu: vt. j. q̃n ap. ſit.
l. j. §. biduum. ¶ Quãdoq́ p̃ſcriptio habet plura tempora: quia
fuerũt plures abſentiæ vna præſentia: & tũc tẽpus cõputaĩ ex
die vltimi reditus: vt. d. l. necnõ. §. ſi quis ſæpius. j. eo. Tempus
enim alterius præſentiæ, nõ abſorbet tempus petendæ reſtitu-
tionis. Ratio: quia nõ põt dici verè negligẽs, licet aliquo tp̃e ſte
terit, quo nõ fuerit cõqueſtus: fortè quia cogitabat vel præpa-
rabat ſe ad litigandũ: ſed ꝓpter nouã abſentiã fuit impeditus.
Vnde tempus primæ abſentiæ, nõ attenditur propter nouum
caſum abſentiæ: vt. l. & in totũ. j. de impe. in rebus do. fa. & iſta
12 poteſt eſſe ratio dicti. §. ſi quis ſæpius. ¶ † Venio ad tertium,
& quæro intra q̃ tẽpora? & dic intra annũ vtilem: hodie intra
quadriennium cõtinuum: vt. l. fi. C. de tẽpo. in integrum reſti.
qđ eſt verũ ſecũdũ gl. noſtros. q̃n reſtitutio petiĩ aduerſus con
tractũ: vel aduerſus læſionẽ cõtingentẽ ex tẽpore maiori qua-
driẽnio. Sed ſi petereĩ aduerſus læſionẽ minoris tp̃is: tũc illud.
ſ. reſtitutio, deberet peti intra tãtum tẽpus, quantum eſt illud.
Terminari autẽ debet intrà quadriẽniũ: ita tenet gl. hic. & exa-
minat latius. j. e. l. ſed & ſi per prætorem. §. quoties. & . ſ. de mi-
no. l. interdum. & . ſ. de in integ. reſti. l. diuus. & . l. fi. Alij dicunt,
ꝙ ſemp intra quadrienniũ. & iſtã opi. tenẽt Iac. but. Pet. & Cy.
quã refert multũ latè. C. de tempo. in integrũ reſti. l. fi. in. vj. q.
Dñs Io. andr. dicit, qđ de ipſa opi. eſt caſus extrâ de in integ.
reſti. c. j. in clemen, vbi põt peti intra quadriẽniũ, etiã aduerſus
lęſionẽ minoris tẽporis. ¶ Ego teneo opi. glo. noſtræ per rõnes
& leges allegatas ꝑ eam in. l. ſed & ſi p̃torẽ. §. quoties. j. eo. quæ
rõnes vrgent. Ad dictũ. c. j. rñdeo, qđ eſt caſus: ibi pro iſta opi.
Debes enim ſcire, ꝙ minori nõ currit tempus petendæ reſtitu-
tionis in integrum: vt. l. fi. C. de tempo. in integ. reſti. pet. ſed ec-
cleſia ſemper eſt minor. Ergo videbaĩ, qđ nunq́ curreret ſibi
quadrienniũ: ꝓpter qđ ſtatutũ fuit, vt eccleſiæ curreret qua-
driẽnium à die lęſionis: vt in. c. j. de in integ. reſti. in. vj. & ſic in
tp̃e quadriẽnij tractaĩ, vt maior: Ideo inſurgebat dubiũ, vt q̃n
minus datur ad petendũ reſtitutionẽ: vt puta aduerſus lęſionẽ
minoris tp̃is: an eccleſia ſimiliter debeat habere minus temp9,
ſicut maior. Et rñdeĩ, vt in. c. j. extrâ de in integrũ reſti. lib. vj.
quòd imo eccleſia ſemp habet quadriẽnium continuũ, ſiue ad-
uerſus tp̃s maius, ſiue minus. q. d. licet in alio maiore ſic diſtin-
guatur: volumus illã diſtinctionẽ nõ habere locum in eccleſia.
Ad aliud incõueniens, qđ datur: pone, qđ quis eſt lęſus in vna
die: ergo in vna die habebit neceſſe petere reſtitutionem. Iſtud
videĩ incõueniens. Reſpõdeo qđ debet ꝓponere vna die ſub-
ducto quodã modico tp̃e ante, qđ datur ad præparandum ſe,
vt dixi. ſ. circa principium: & ſubintelligiĩ anteà ve, ſicut poſt-
13 eà ve. ¶ † Quartò quęro, ad qd competat iſtud officiũ iudicis?
Rñdeo hic in glo. circa lectu. §. ſunt opi. tam in prima q̃ in ſecũ
da mag. gl. Nam quidã dicunt, qđ daĩ, vt reſtituatur poſſeſsio.
Quidam dicũt qđ datur ad hoc, vt tempus vſuſcapiõis ſubdu-
catur de medio: vt. ſ. vidiſtis: qđ tangitur in. l. qui proprio. §. itẽ
quæritur. ſ. de procura. & ꝑ Cy. in. l. quo tp̃e. C. de reſtitu. milit.
in. iiij. q. & per Dyn. & Iacob. but. in. §. rurſus. inſtitu. de actio.

a ¶ Impedire ne læderetur. Ad hoc vide omnino per moder. poſt Bar. in. l. j. §. biduum. j. quando appel. ſit.

¶ Tu dicas latius, & ad euidentiã præmitte, qđ illud reſtaurat
reſtitutio, qđ abſtulit lęſio: vt. l. qđ ſi minor. §. reſtitutio. ſ. de
mino. Q̃nq́ ergo ꝓpter abſentiã, ętatẽ, vel aliã iuſtã cauſam q́s
lædiĩ: quia perdit poſſeſſionẽ tantũ: & tunc ad illud debet peti
reſtitutio: vt. l. ait prætor. §. itẽ ei. j. eo. & tũc non habebit aliud
neceſſe ꝓbare: niſi propter abſentiã ſe perdidiſſe poſſeſſionẽ:
vt ibi. Q̃nq́ quis priuatur dñio, vel actione ſibi competente: &
tũc reſtituitur, vt illa præſcriptio, vel aliud obſtaculũ de medio
ſubducatur: vt hic, & . l. quo tempore. de reſtitu. mili. ſecundum
opi. Ioã. & Bulg. Q̃nq́ quis lædiĩ propter abſentiã, vel aliã cau
ſam in poſſeſſione, & ꝓprietate: & tũc reſtituetur ad poſſeſſio-
nẽ, & proprietatẽ. Et ita poteſt intelligi alia opinio poſita ſup
hac. leg. & ita intelligiĩ gl. in. d. l. qui ꝓprio. §. item quęriĩ. Q̃nq́
quis lęditur: quia nõ acquirit: & tũc reſtituitur, vt acquirat: ita
qđ actio inſtituiĩ per prętorẽ, vt. l. ſi quis ſtipulatus. j. eo. & ſic
14 cõpetit reſtitutio ad illud, in quo læditur. ¶ Et ex his † habes
qualiter libellus fiat: nam debet fieri, vt ponanĩ cauſæ explici-
tè: vt. l. minor autem magiſtratus. ſ. de mino. Nunc haberemus
videre de ſecũdo: ſcilicet de actione reſciſſoria, ſeu de iudicio
reſciſſorio, qđ per ſe eſſet vna alia repetitio: de quo fortè dicã
in. l. necnon. §. exemplo. j. eo. & iſta dicta pro nunc ſufficiant.

SVMMARIVM.

1 *Error iuſtus licet habeatur pro titulo, quo ad præſcriptionem, non tamen quo ad excludendam petitionem hæreditatis.*

IVlianus. ¶ Miles abſens reſtituitur ad-
uerſus poſſeſſorem hæreditatis,
vel emptorem ab eo, ſi adeat: aliâs ſecus. hoc dicit.
¶ Oppo. ad iſtam leg. miles eſt tutus iure cõmuni:
quia ꝑpetuò põt adire, ſeu vſq́ ad. xxx. annos: vt. l. licet. C. de iu
re delibe. ergo non eſt neceſſaria reſtitutio. ¶ Glo. legit duob9
modis. Primò, ꝙ hic miles fuit inſtitutus ſub conditione pote-
ſtatiua, ſi aliquis fecerit intra certum tempus: quod quidem nõ
fecit propter militiam: ideo adire non poteſt abſq́ reſtitutio-
ne, & ideo petit reſtitutionem. vide gloſſ. Mirandum videtur,
qđ glo. dicit. nam ſi debebat impleri conditio intra certũ tem-
pus: & ſic erat conditio poteſtatiua: ſi non ſtetit per eum, habe-
tur pro impleta. vt. l. quæ ſub conditione. §. quoties. j. de condi.
inſti. & . l. iure ciuili, de condi. & demonſtra. & ſic non eſt opus
reſtitutione. Sol. dicit glo. ꝙ ſi miles ſciuit ſe inſtitutum ſub di-
cta conditione: & potuiſſet eam implere: non tamen de facili
propter impedimentum militiæ. igitur quia poterat, & nõ fe-
cit, currit tempus; ſed reſtituitur. Simile not. in. l. j. C. de reſti. mi
li. & ibi dixi vobis plenè. Secũdo modo legiĩ. dicit gloſ. poſito,
qđ poſsit adire de iure cõmuni, petit reſtitutionẽ: nõ vt adeat:
ſed vt poſſit vendicare res vſucaptas. ¶ Contra hanc ſecundã
lectu. oppo. ꝙ hęc lex nõ procedat: quia petitio hęreditatis nõ
datur cõtra titulo poſſidẽtẽ: vt. l. regulariter. j. de peti. hęre. Iſte
ergo poſſeſſor aut non habebat titulum: & non pręſcribit lon-
go tempore: aut habebat titulum: & tunc nõ poteſt etiam con
ueniri de iure communi, petitione hęreditatis, abſq́ inſtantia
militis: nec poteſt dicere, ꝙ hic loquiĩ de præſcriptio. xxx. an-
no. ſeu longiſſimi tẽporis, ſecundũ glo. quia iſta erat incognita
ſecũdũ iſta tẽpora. qđ no. Idẽ no. in. l. qui occiderit. j. ad legem
aqui. poſteà dixi in. l. in omnibus. j. de actio. & obliga. ¶ Ad cõ
trariũ reſpõdet glo. notabiliter. & intelligit, ꝙ habebat iuſtam
cauſam credendi ſe hæredem: & ſic habetur pro titulo quo ad
vſuſcapionem, & pręſcriptionẽ: vt. l. Celſus. de vſuſcap. ¶ No-
1 ta hic diligenter, † qđ licet iuſtus error habeatur pro titulo, quo
ad pręſcriptionem, vel vſuſcapionẽ: non tamen habetur pro ti
tulo quo ad excludendam petitionem hęreditatis. Secundò op
po. qđ emptor nõ poſſit cõueniri: quia eſt habitur9 regreſſum
contra poſſeſſorem: vt. l. ſed & ſi lege. §. item ſi rem. j. de petit.
hęre. Sol. intellige quòd non erat habiturus regreſſum contra
poſſeſſorem: vel poſſeſſor erat malę fidei.

SVMMARIVM.

1 *Doctor qui debet habere ſalarium annuum, ſi abeſt cauſa reipublicæ, nihilominus habet ſalarium.*

Eum quoque. ¶ Abſens cauſa reipublicę reſti-
tuiĩ, vt perinde percipiat cõmo-
da, ac ſi p̃ſens eſſet. h. d. Vel ſic: abſens reſtituitur, vt capiat le-
gatũ, qđ amiſit, ꝓpter conditionis defectũ. h. d. ¶ Quæro pro
declaratione ad quid reſtituatur? Glo. dicit, vt pecuniã capiat,
non autẽ vt reſtituaĩ actio: quia eam non amiſit. Quidam alij
moderni dicunt, ꝙ reſtituatur actio: Nõ enim eſt lęſus in pecu
nia, ſed in hoc: quia deficit cõditio: ideo reſtituiĩ ad hoc, vt ha-
beatur pro impleta: & ex hoc cõpeteret actio. Qđ ergo hic di-
citur, reſtituitur. ſ. vt legatum capiat ſibi relictũ: & ſic cõpetit
actio pro eo. ¶ Op. ſi nõ ſteterit per eum, habetur perinde ac ſi
eſſet impleta: ergo de iure cõi põt petere legatum: vt. l. qui con
cubinam. §. vxori. j. de lega. iij. & de conditio. & demonſtra. l. ſi
quis ita.

quis ita. Glo. soluit concedendo contrarium, ꝙ hic restituitur de iure communi. Vel dic, ꝙ ibi impediebatur per aduersarium verè. Tu tamen dic, ꝙ hic loquitur in casu, in quo impediebatur esse in Italia: ideo non debebat habere legatum: quia alterius fauore erat hoc adiectum: vt. l. Seio. in princi. ꝗ. de annu. leg. & de condi. & demonstra. l. illis libertis. & quod no.
1 C. de leg. l. j. propter priuilegium tamen militis restituitur: vt hic. ❡† Vltimò ista lex facit pro doctoribus, qui debebant habere salarium annuum: nam si absunt causa reipublicę, nihilominus debēt habere salariū. ad idem l. si quis stipulatus. ꝗ. eo.

a SCiendum.[a] ❡ Restitutio ex hoc edicto non fit vbi quis certat de lucro, cum alterius iniuria: nec fit ex fictione postliminij: cum postliminiū non porrigatur ad ea, quę sunt facti. & cessat restitutio vbi ęquitas cessat. h. d. cum duabus legibus sequentibus. ❡ No. restitutionem non concedi, vt quis lucretur cum damno alterius.

DEnique. ❡ Summata est cū precedēti. ❡ Not. ꝙ sine possessiōe nō ꝓcedit prescriptio. ❡ Itē no. ꝙ fictio postliminij nō habet locū in his, q̄ sunt facti. Et sic no. ꝙ possessio non restituitᷣ ꝑ postliminiū. Bar.

SVMMARIVM.

1 *Fictio cessat ubi cessat æquitas.*
2 *Possesio quando sit iuris, & quando sit facti?*
3 *Fictio uniuersaliter fingitur in his, quæ sunt facti: rarò, uel nunquā in his, quæ sunt iuris.*
4 *Fictio est triplex.*
5 *Fictio postiminij, ut locum habeat, quid requiratur?*
6 *Postliminium habet duo capita.*

1 NEc vtilem. ❡ Not. † ꝙ fictio cessat, vbi cessat ęqtas. Item not. ꝙ primus dn̄s non perdit dominium, nisi alteri acquiratur. dixi in. l. si ego. s. de nego. gest. ❡ Contra gl. quæ dicit: dominiū esse in pendenti. op. ꝗ. eo. l. ait prætor. §. item ei. Sol. vt ibi. ❡ Oppo. de. d. l. ait pretor. §. hi planè qui. &. ꝗ. de vsusca. l. si is qui ꝓ emptore. &. l. iusto. §. fi. sol. dicit glo. hic per se possidebat: ibi loquitᷣ de possessione, quā captus habebat ꝑ subiectas personas. ❡ Opp. ꝗ. de vsusca. l. cœptā. So. regula est, ꝙ prescriptio sine possessione non procedit. Fallit in aliquib⁹ casibus, vt ibi. l. rerum mistura. §. labeo. eodem titu. & per Dyn. in. c. sine possessione. extrà de reg. iu. lib. vj. ❡ Item opp. dicitᷣ hic, ꝙ possessio est facti. Contrà imo iuris: vt. l. peregrè. in prin. de acqui. pos. &. l. possessio. eo. titu. & no. in. l. j. in prin. eo. titu. vbi diffinitᷣ,
2 ꝙ possessio est ius insistendi. &c. So. cōcedo, † ꝙ possessio est iuris: tamen qn̄q; habet in se multū facti & parū iuris. Qn̄q; multū iuris & parum facti. Aliquādo multū iuris & multū facti. glo. hic tangit & in. l. j. C. de acqr. pos. qđ examinare est longum. dico plenè in. l. si is qui ꝓ emptore. ꝗ. de vsusc. ❡ Op. hic dicitᷣ, ꝙ fictio postliminij nō habet locū in his, quę sunt facti. & glo. no. generaliter non fingi circa facta. Econtrà, vt plurimū fingitᷣ circa facta. nam fingitᷣ natus ille, qui non est natus. & l. qui in vtero. s. de sta. ho. Fingitᷣ retro fuisse quis in ciuitate: vt. l. retro. de capti. Et esse in ciuitate est facti. Fingitur viuere qui est mortuus: vt. l. bello. de excus. tut. & tamen est facti. Fingitur mortuus ille, qui viuit ingrediens monasterium, damnatus, deportatus, & similes: vt. l. Deo nobis. C. de epis. & cler. &. l. si necem. §. si deportatus. de bo. li. Fingitur pecunia numerata, & à me ad te profecta: vt l. singularia. ꝗ. si cer. pet. Fingitur facta traditio rei, vt habuistis in. l. solutū. §. sol. ꝗ. de pig. act. & in omnibus consimilibus casibus. Et istud est verum.
3 Et ideo dico, † ꝙ fictio vniuersaliter fingitur super his, quę sunt facti. Rarò, vel nunq; super his, quę sunt iuris, vbi potest inducere secūdū veritatē: & iō in oīb⁹ nō est fictio. Exēplū autᷣ. sed episcopalis. C. de episc. & cleri. ❡ Item exemplum in his, qui infamantur ipso facto, vt. l. j. de his qui no. infa. Cū enim pōt facere secūdū ỽitatē, nō facit secūdū fictionē: vt. l. quia ratio. de cōdi. insti. ❡ Modò ad ꝓpositū ꝑ intellectu hui⁹ legis, & ad eui-
4 dētiā rei scias, † ꝙ triplex est fictio. Sicut enim naturalr, aut aliqua res, quę nō est inesse producitur: aut producta destruitur: aut vno modo producta transferᷣ in aliā. Ita per fictionē, quędā est fictio inductiua, vt qn̄ fingitᷣ esse qđ nō est. Quędā est fictio priuatiua: vt qn̄ fingitᷣ nō esse, qđ est. Quædā est fictio trāslatiua: vt qn̄ id, qđ est vno mō, fingitᷣ esse alio mō. Et ista tertia pertinet ad legē nostrā, & est nostra materia: cum fictio postliminij fingit eū, q reuertitᷣ hodie, retro fuisse in ciuitate: vt. l. retro. &. l. postlimi-
5 niū. in prin. ꝗ. de cap. † ❡ In hac fictiōe sciēdū est, ꝙ ad hoc vt locū habeat, requiritᷣ primò, ꝙ subsit ęquitas: vt. d. l. postliminiū. qua cessante cessat fictio, vt hic. Itē requiruntᷣ extrema habilia. Habet em̄ hęc fictio duo extrema: extremū à quo, & extremū ad qđ. Et si aliqđ istorū extremorū esset inhabile, cessaret fictio. Exemplum, ratihabitio retrotrahitᷣ. sed si hodie cū ratū habeo, nō posset negotiū geri: ratihabitio nō traherétᷣ retro: quia est defectus extremi à quo: vt. l. bonorū. ꝗ. rem ra. ha. Silr legatarius fingitᷣ dn̄s retro à die mortis testatoris. Sed qd si hodie cedēte die legati, res est perempta? certè nō pōt fingi retro: quia est inhabile extremum à quo: vt. l. huic scripturę. ꝗ. ad leg. aquil. facit. ꝗ. de ver. ob. l. eum qui in fin. &. l. quoties. de nouationibus. ❡ Itē vides, ꝙ donatio facta à viro vxori, confirmatᷣ morte & retrotrahitur: vt. l. donationes. C. de dona. inter virū & vxo. Quod intelligitᷣ quantū ad fructus, nō quātū ad dn̄iū: quia dn̄iū nō potest queri vxori cōstante matrimonio, quo tpe fuit facta donatio: ergo nō pōt fingi retro quęsitū: quia est defect⁹ extremi ad qđ. ita no. in. l. ij. C. de inoffi. do. li-

cet quędā gl. dicāt cōtrariū. ❡ Itē aliud exēpli. s. e. l. ab hostib⁹. §. j. nā nat⁹ apud hostes, si reuertitᷣ, nō habet iura postliminij simpliciter. Ratio: quia ibi defi-
6 cit extremū ad qđ. nūq; enim fuit capt⁹. ❡ † Secundò sciēdū est, ꝙ postliminiū habet duo capita. Vnū secūdū veritatē: quia eoipso, qđ capt⁹ reuertitᷣ, recuperat secūdū veritatē oīa sua iura. Scđm est secūdū fictionē: quia fingitᷣ retro fuisse ī ciuitate: vt. l. retro. &. l. postliminij. ꝗ. de capti. ❡ Tertiò est sciendū, ꝙ possessio habet plurimū facti, quā quis habet ꝑ se, & eā nō recuperat statim cū est reuersus: nisi eā apprehēdat: vt. l. cū heredes. ꝗ. de acqui. pos. Quia ergo statim nō recuperat cū reuertitᷣ, apparet ꝙ non pōt fingi retro possedisse: quia est inhabile extremum à quo. Et hoc est, qđ voluit dicere ista glo. cū ea, quæ sunt facti nō recuperantᷣ eo reuertēte postliminio: ergo nō fingitᷣ retro possedisse, & vsucepisse. Exemplū in possessiōe, quā retinem⁹ per filiū, vel ꝑ seruū, in cā peculiari: illa eoipso, qđ reuertitᷣ etiā ignoranti acquiritur sibi: meritò fingitur retro vsucepisse: quia est habilitas extremorū. Et hoc est, qđ glo. ibi dixit in solutione contrarij, ibi per subiectas personas. & ista est ratio eorū, quę habuistis no. s. eo. in. l. ab hostibus. §. j. de eo qui nascitur, si non reuertitur: cum prius q̄ reuertatur non potest fingi legitimus: quia deficit extremum à quo. De habilitate extremorum tangit Cy. C. de sen. pas. l. fin. & hanc materiam plenissimè declaraui in. l. si is qui pro emptore. ꝗ. de vsuca. & hæc materia fuit, quam primò repetij existens in scholis. a

SVMMARIVM.

1 *Constitutione episcopi cauente, quòd qui non soluerit legata intra tres menses, sit excommunicatus: si agatur contra filium, quòd non soluit legata, & producatur testamentū: ex hoc non probatur excommunicatio: sed debet probari ipsum non soluisse.*
2 *Contumax uerus ut quis dicatur, & poßit perueniri ad secundum decretum, debent requiri amici.*

b ITem ait prætor.[b] ❡ Hic incipit Iuriscōsultus examinare secūdū caput edicti. & breuiter hoc ītendit, quod qs acqsiuit, ꝑpter suā absentiā, cū nō esset b defensus, in ītegrū restituitᷣ. Itē q dicit aliquē nō defensum, debet ꝓbare. h. d. & ponit prio ỽba materia
1 liter. ❡ Venio ad ỽsi. hęc aūt. Dicit † cōstitutio epi, ꝙ q nō soluerit legata intra tres mēses, sit ipso facto excōicat⁹. Ago: quia nō soluisti legata pr̄is tui, & ꝓduco testamētū. Queritᷣ vtrū sit ꝓbata excōicatiō: certè nō: qa debeo ꝓbare te nō soluisse. ita dicit Inno. extra decē. c. sup. qđ Cy. tāgit aliqualiter in. l. ij. C. de iure emphyteo. casus est in. l. hoc iure. ꝗ. de ỽb.
2 obli. & ibi examinaui plenè. ❡ † Vltiō no. ꝑ hāc. l. & gl. quę est in. l. hęc autē. ꝗ. qui. ex cau. in pos. ea. ꝙ ad hoc. vt quis sit verè contumax, vt possit ꝑueniri ad secūdū decretū, ꝙ debeāt reqri amici. Quod examinat Cy. in. l. cū ꝓponas. C. de bo. autho. iud. pos. ego plenè in. l. si finita. §. Iulianus. ꝗ. de dam. infect.

SVMMARIVM.

1 *Practica citandi amicos ad defensionem alicuius.*
2 *Negatiua, ubi est causa intentionis alicuius, qui dicit, debet probare.*
3 *Furiosis datur restitutio, & etiam aduersus eos.*

1 ERgo. ❡ † Not. istam legem, ex qua colligitur practica, quòd fiat preconium, quòd quicunque vult defendere talem, compareat. No. per glos. in. l. hęc autem. quibus ex cau. in pos. eatur. ❡ † Itē not.
2 casum, quod vbicunq; negatiua est causa intentiōis alicuius: ille qui dicit debet probare. Nam hic peto restitutionem contra absentem: quia non defendebatur. & sic videtur casus ad quęstionem de constitutione episcopi. de qua dixi in. l. proxi. §. hęc autē.
3 ❡ Item no. † ꝙ furiosis & aduersus eos datur restitutio: sicut conceditur absentibus, & contra absentes. facit. ꝗ. de fideius. l. marcellus. & ibi no.

AIt prætor. ❡ Contra præsentē, qui ex causa secum agendi potestatem non facit, in integrū restitutio conceditur. h. d.

a ❡ Sciendū. & facit ad not. quæsti. quę ponit Bal. in. l. penul. iu fin. C. de repu. hęre.

b ❡ Item ait pretor. facit. l. iij. §. peñ. ꝗ. iud. sol. Bal. in rub. de suc. edict. Andr. Barba.

SVMMARIVM.

1 *Ius usufructus, quasi poßidetur respectu domini, non quo ad extraneum.*

Is autem. ¶ Captus ab hostib⁹ non potest vsucapere. & reuersus ad hoc nõ restituetur: sed restituetur, vt fructus recuperet. h. d. ¶ Opp. q̃d possessio non recuperetur captiuo redeũte: vt. s̃. eo. l. deniq̃. & l. cum hæredes. de acq. pos. Sol. nõ recuperat̃ ipso iure virtute postliminij: nec fingitur retro possedisse: sed per restitutionẽ in integrum eam recuperat: vt hic. ¶ Opp. dicitur hic, vel vsusfructus, quasi possessionem &c. Contrà, vsufructuarius possidet rem verè & naturaliter, vt. l. naturaliter. j. de acqui. pos. Malè ergo dicit hic, quasi possessionem. Rñ. in vsufructuario debetis considerare duo. Primò fundum ipsum, & illum possidet verè & naturaliter: vt in cõtrario. Itẽ debemus considerare ius vsusfructus: & istud ius quasi possidetur ciuiliter. Nam possessio vera in eo non cadit: cũ sit qd in corporale. vt. l. seruus. §. incorporales. j. de acq. rerum
1 do. vide glo. ¶ Videtur ergo † velle gl. q̃ ius vsusfructus quasi possideat̃. Idem no. in. l. si plures. §. deiectum. j. de vi & vi ar. & in. d. l. naturaliter, in prin. vt pos. l. vlti. In contrarium: sicut est separata causa possessionis & dñij. l. naturaliter. §. nihil cõe. de acquirẽ. pos. Ita causa vsusfruct⁹ & possessionis: vt. j. de acq. pos. l. permisceri. Sed cõstat, q̃ quis nõ dicitur quasi possidere ius dominij, vt. d. §. nihil cõmune. ergo nec ius vsusfructus. Rñ. Debetis scire, q̃ in incorporalibus, nihil est aliud possessio, q̃ aduersarij patientia: vt. l. quoties. j. de ser. & ideo ad habendam quasi possessionem requiritur, q̃ dominus sciat quem vti, vt. l. ij. C. de serui. Dico ergo quòd quantum ad extraneum, non possum dici, quasi possessor iuris, quia ei⁹ patientia non tribuit mihi quasi possessionem: sed separata est hmõi possessionis, & vsusfructus causa, si est possessor: vt. d. l. permisceri, sed respectu domini põt dici quasi possessio iuris. Ita debet intelligi hic. Facit quod habuistis in. l. arborib⁹. §. vsufructuarius. & §. seq. j. de vsufru. hæc omnia tene menti.

SVMMARIVM.

1 *Captiui cur usucapiant per subiectas personas.*
2 *Captiui quare præscribũt contra actionẽ: nõ autem fundum?*
3 *Dispositio. c. possessor. de reg. iuris, libr. sext. non habet locum in præscriptione debitoris contra creditorem.*

Hi plane. ¶ Captiui p subiectas personas possunt præscribere, & ab actiõibus cõpetentibus liberari: & eo casu contra ipsos re
1 stitutio cõcedit̃. h. d. ¶ † Quæro q̃ est ratio qd̃ vsucapiunt per subiectas personas, & non per se. Dixi ĩ l. deniq̃. s̃. eo. quia statim eo reuerso recuperat illam possessionẽ absq̃ alia eius scientia, vel facto. & sic
2 reperiuntur extrema habilia. ¶ † Quæro quę sit ratio qd̃ præscribãt cõtra actionẽ: non autem fundũ? Ratio est ista. Fundi præscriptio causatur à possessione præscribentis: & sine ea nõ procedit: vt. l. sine possessione. j. de vsuscapio. sed captiuus non possidet: ergo &c. Actioni verò nõ præscribitur ex possessione debitoris: sed solum ex cursu temporis, & negligentia non petentis: quod currit illo existente
3 in captiuitate, sicut si essent in ciuitate. ¶ † Et per
a hoc^a dico, qd̃ capitulũ: possessor. extrà de regu. iur. lib. vj. non habet locum in præscriptione debitoris contra creditorem. quia ista præscriptio non procedit ex possessiõe, sed ex negligẽtia actoris. Casus est in. l. seq. §. si viã. j. de vsuca. & ibi plenè dixi. Barto.

SVMMARIVM.

1 *Latitatio requiritur tempore primi & secundi decreti, ad hoc ut uenditio locum habeat.*
2 *Dilatio datur propter absentiam aduocati.*

Deinde. ¶ Hic incipit exponere illa verba secũmve. &c. h. d. Qui nõ patit̃ secum litem contestari ex causa iusta, vel iniusta, cõtra eũ restitutio cõceditur, si quid ex hoc q̃sierit. hoc dicit. ¶ Op. dicit̃ hic secum ve agẽdi potestatẽ nõ faceret. Cõtrà: quia sola citatiõe pperuatur actio, vt. l. sicut. & l. cũ notissimi. de præscri. xxx. annorũ. ergo nõ est necessaria restitutio. ¶ Dicunt quidam, q̃ hic nõ fuit consentus pro executione. Alij dicũt quòd illa lex intelligitur solum in actione in rem. Tu potes dicere, qd̃ in præscriptionibus, quæ currebant ex sola negligentia non petentis, hodie sit immutatum per dictã legẽ: sicut dicã in. l. vlti. & ibi no. s̃. de eo, per quem factũ erit. ¶ Oppo. q̃ tale damnũ restituatur per officium iudicis contra cõtumaces: l. non ignoret. C. de fructi. & lit. expens. & in aut̃. de exhi. reis. §. nihil. Glo. respondet, quòd ibi loquitur de dãno rei, non actoris. Vel aliter plenius subuenit̃ per in integ. resti. q̃ per illud officium iudicis: ergo illud officium non tollit restitutionem: vt habuistis no. s̃. de mino. l. Aemilius. ¶ Opp. de iudicijs. l. ij. §. in omnibus. Solu. intelligitur illa secundùm istam. ¶ Procedo in glo. quæ est ibi, & sic non potest fieri
1 talis missio &c. Iac. de are. † allegat istam leg. cũ hac glo. qd̃ ad hoc, vt fiat venditio est necesse, q̃ quis latitet tempore primi & secũdi decreti. Si enim nõ latitat in primo decreto, nõ põt fieri missio, ex qua pcedit venditio: vt hic in gloss. Ita dicit ipse in. l. Fulcinius. in princi. ex qui. cau. in pos. ea. & ego in. l. si finita. §. Iulian⁹. j. de dã. infect. ¶ Item no. ex hac. leg.
2 & glo. qd̃ † petitur dilatio propter aduocatos^b. Hoc
b intellige quando aduocatus est lõgo tempore absfuturus: vt. l. si longius. in princi. j. de iudi. Et declara istud, vt no. per glo. & Inno. extrà vt lit. nõ contest. c. j. & de dila. c. ij. & in Spec. de dila. ver. circa aduocatos. & per Cy. C. de dila. l. j.

c **Sed & si per prætorem.**^c ¶ Op. gl. ĩ aut̃. vt spõ. lar. §. hoc quoq̃. Dic, ibi loquitur de tempore instantiæ: hic de tempore actionis. Alij dicunt, q̃ ibi restituitur, sicut hic.

Aduersus. ¶ Contra absentem ex causa necessaria conceditur restitutio: ipse verò nõ restituitur, nisi cum procuratorem dimittere non potuit, vl' dimisit & mortuus est. h. d. Facit. l. fi. s̃. de in integ. rest.

Hæc clausula. ¶ Contra eum, q non põt vocari in ius, conceditur restitutio. h. d.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata per sortes, uel gratiam ualet: sed contra eam dat̃ restitutio. secus si per pecuniã: quia est nulla ipso iure.*
2 *Bannitus de communi non auditur. Idem.*
Excommunicatus per contumaciam.

d **Ait prætor.**^d ¶ Si per negligentiã, vel per dolum iudicis cõtingeret, vt pereat ius agendi, restituit̃: secus si culpa acto
1 ris. h. d. ¶ No. ver. item per magistratum. † q̃ quãdo cunq̃ per sortes, vel per gratiam sententia esset lata, potest peti restitutio in inte. Facit. l. seruo inuito. §. cum prętor. ad Trebel. Sed si per pecuniam: esset ipso iure nulla, vt. l. venales. C. quando prouo. nõ est
2 necesse. ¶ † No. ex ver. sed & si dũ. casum, q̃ exbãni
e tus^e de cõmuni nõ debet audiri: & eodem modo excommunicatus per contumaciam.

Si feriæ. ¶ Propter ferias repentinas, si aliquis læditur: datur restitut. secus si propter ferias solennes. h. d.

f **Quoties.**^f ¶ Vsucapiõe rescissa, tempus absentiæ tãtum restituitur. hoc dicit. Glo. examinat vnam. q. quã dixi in. §. sed qd̃ simpliciter. No. hic causas absentiarũ. quod dic plenè vt dixi in. l. fi. s̃. de in integ. restitu.

Item inquit. ¶ Hic Iurisconsultus exponit vltimã partem edicti. Materiam huius. §. habes plenè per Cynũ in. l. quo tempore. de resti. mili. & de in integ. resti. l. fi. & ex qb. cau. ma. l. fin. & p Dy. & alios. insti. de act. §. rursus. & per canonistas, extrà de in inte. resti. c. j. & j. eo. l. necnon. §. si quis sæpius. cuius materia est eadem cum illa, quam modò vides.

g **Nec non.**^g
Quod eis. ¶ Hoc vidistis. ĩ. l. mut⁹. s̃. d' pcur. h. d.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio, qñ petitur ad tẽpus tantũ: tũc datur tantũ tẽpus ad petẽdã restitutionẽ, quãtũ est illud, in quo quis fuit Lesus: & non ultra.*
2 *Læsus in maiori tempore anni, restituitur ad totum annum.*

Si quis sæpius.

---

a ¶ Et per hoc. Et malè. vide. d. Anto. in. c. fi. de præscrip. d. Pet. de Ancha. in c. ij. de re iudic. Angel. in. l. j. C. de iud. in rep: Bald. in aut̃. ad hoc. C. de vsur. & in. l. oẽs populi. de iu. & iu. in. q. an statuto caue̊. Andrę. Barb.

b ¶ Propter aduocatos. An licitũ sit petere dilationẽ pter aduocatos, idẽ dicit. Inn. in. c. pastoralis. de offici. de leg. qñ impedit notarius deputat⁹ ad scribendum acta iudicij. & sequuntur doct. in. l. si lõgius. ĩ prĩ. j. de iu. & Bar. ĩ l. quædã. §. nihil. de edẽ. & ibi dixi. Et ad Bar. hic addo p eũdẽ i. l. sed si vni⁹. §. fin. de iniur. & ĩ. d. l. si longius. & ĩ. l. fi. ff. de va. mune.

POMATES.

c ¶ Sed & si per prętorẽ. Vide multas limitatiões ad hoc p Alexã. l. j. §. fi. ff. si qs ius dicẽ. & l. j. §. in operis. ij. not. de ope. no. nũ.

d ¶ Ait prætor. Et adde Bal. i. l. fi. §. j. in princi. C. de bo. quæ lib. Et ad intellectũ huius tex. & gl. vide q̃ dixi post Bar. ĩ. l. j. §. fi. ff. si qs ius dicẽ. non obt. quod no. Vide doc. in. c. ad abolendam de hære.

e ¶ Casum, qd̃ exbãnit⁹. Quod est not. dignũ. vide Bar. in c. j. de mu. pe. vbi dicit, si actor non vult respõdere ĩ reconuentione: quòd potest iudex denegare sibi audientiam, & mandare alijs iudicibus, q̃ eũ nõ audiãt. & dicit esse gl. sing. Andr. Barb.

f ¶ Quoties. Limita, vt p Bar. & docto. in. l. si ita stipulatus essem abs te. de verbo. obli. in fi.

POMATES.

f ¶ Quoties Limita, vt p Alexan. l. si ita stipulat⁹ essem abs te. in. j. col. vlti. notabi. de verb. obli.

POMATES

g ¶ Necnõ. Reprobat Alexã. l. cum fi iussami. §. in hac. vlti. ver. j. de verb. oblig.

Si quis sæpius. ¶ Iste. §. secũdũ gl. legit̃ tot⁹ in tpe, qđ resti
tuit̃: secũdũ Iac. de Are. legit̃, ꝙ principium
loquat̃ de tẽpore. j. quod restõ petit̃: & ista lec. est multũ clara. & ideo pri-
mò secũdũ eã pono casum, & breuiter. h. d. Tẽpus ad petẽdã restitutionẽ
incipit currere ex nouissimo reditu. Itẽ pluriũ absentiarũ tẽpora iũgunt̃,
vt simul restituant̃. h. d. secũdũ Iac. de are. secũdũ hoc debet exponi, dũ di
cit annũ dam⁹ ad restituendũ. i. annũ restituimus. Anteꝗ̃ veniã ad lec. gl.
a dico, ꝙ tot⁹. §. põt intelligi in tpe: [a] ĩtra qđ petit̃ restitutio. ¶ Ad euidẽtiã
1 scias, † ꝙ qñ restitutio petit̃ ad tp̃s tm̃: tũc tãtũ tp̃s habet quis ad petendũ
restitutionẽ, quãtũ est illud, in quo fuit lęsus, & nõ vltra: vt. l. diuus. š. de in
2 integ. resti. & de mino. l. interdũ. & ibi not. tetigi in. l. ab hostib⁹ †. §. sed qđ
simpliciter. š. eo. Nũc ad ꝓpositũ in prima parte. §. nõ mutatur casus. in
secũda mutat̃, vt loquat̃ de tpe, ĩtra qđ restitutio petit̃, & clarior est cas⁹.
Sed secũdũ gl. totus iste. §. loquit̃ in tpe, ad qđ restitutio petit̃. Secũda di
uidit̃: quia primò loquit̃ in genere. secũdò circa prædicta mouet vnũ du-
biũ: ex quo apparet exẽplũ dicti generalis. Secũda ibi, sed si oẽs. In prima
particula dicit gl. ꝙ potest intelligi duobus modis: primos duos modos re
probat. ¶ Venio ad tertiũ, & põt legi. duobus modis. Primò in lęso perfe-
ctè: in prima absentia. Secũdò in lęso p̱ secũdã absentiã, non perfectè lęso
ex prima. Ad euidentiã scias secũdũ opi. quòd si aliqs est lęsus in tẽpore,
& post lęsionẽ fuit p̃sens & negligens: tãtũ sibi min⁹ restituit̃ de tpe, ꝗ̃tũ
negligẽtia fluxit: vt. l. ab hostib⁹. §. sed qđ simpliciter. š. eo. secũdũ lec. gl.
Pone ergo casum sic. Possedisti rẽ meã duob⁹ annis me p̃sente: postea, ter
tio anno, me absente: & sic in prima absentia fuit p̱fecta tua vsucapio:
& ego lęsus domũ fui reuersus: & steti p̱ sex mẽses, ĩ qb⁹ fui negligẽs. Post
eà fui absens p̱ alios sex mẽses & rediј, certè ab vltima die isti⁹ reditus fiet
dinumeratio tẽporis, qđ debet mihi restitui. s. vt tm̃ sex mẽses mihi resti-
tuant̃. & illi q cucurrerũt ĩ negligẽtia subducant̃. h. d. ꝓut loqt̃ ĩ lęso p̱fectè
in prima absentia. Secũdo modo legit̃ ĩ lęso p̱ secũdã absentiã. & gl. ponit
casum clarè. Quęlibet lect. põt esse bona. Ad primã partẽ op. de. l. ab hosti-
bus. §. sed quod simpliciter. š. e. Sol. legẽdo ꝓut dixi, nõ ob. ¶ Op. ad secũ-
dam partẽ, & videt̃, ꝙ nunꝗ̃ restituat̃ annus integer, si in anno fuit lęsio:
Nam qñ fuit reuersus, est impossibile, quòd nõ cõcurrerit aliquod tp̃s in
præsentia, quod debebat subduci: vt. š. dixi in prin. huius. §. Glo. sol. dic vt
in ea. Secũdò op. gl. ꝙ impossibile sit, ꝙ aliqđ tempus subducat̃ occasiõe
negligẽtię. nam modicũ tp̃s post reuersionẽ habet̃ loco absentię, vt in. d. §.
sed quod simpliciter. ergo post illud modicũ tẽpus erit aliud modicũ tp̃s
loco absentiæ. & iterũ aliud modicũ tempus post illud: & sic itur in infini
tũ: & nũꝗ̃ erit negligens. Sol. gl. quòd modicũ tp̃s primũ habet̃ loco ab-
sentię: vt in illo nõ dicat̃ negligens: nõ vt post illud sibi det̃ aliud modicũ
tp̃s: quia cessat ratio. Potuit enim in primo tpe sarcinulas cõponere, aduo
3 catũ quęrere, & similia facere. ¶ † Quęrit glo. quid si aliquis lęsus est ma-
iori tempore anni? Certè totũ restituet̃. casus est in prin. §. nostri secũdum
vnã lec. gl. Vltimò gl. facit, ꝙ Bul. ex hoc. §. fundabat duas opi. suas: vt in
glo. quas examinauim⁹ in. d. l. ab hostib⁹. §. sed quod simpl'r. š. eo. h. d.

Si cum in prouincia. ¶ Qui est in loco, vbi põt cõue
niri. pręsens esse videt̃, nisi ha-
beat exceptionem fori. h. d. Vel sic. Qui est in cõi p̃ria præsens esse vr̃. h. d.
¶ No. quòd non potest imputari actori, si nõ citauit reum, quem sciebat
habere exceptionẽ fori, posito quòd ipso iure conueniri possit.

Exemplo. ¶ No. hũc. §. & iste. §. nõ indiget summario. sed de-
bes scire ad euidentiã, qđ illi cui est p̃scriptũ ꝓpter
absentiã nõ competit actio, nisi restitutione pręhabita. & illa actio restitu
ta vocat̃ rescissoria: vt. l. fi. C. eo. & . j. proxi. §. & insti. de actio. §. rursus. & . l.
ab hostibus. C. de cap. Et durat anno, vt in honorariјs. versi. sed cũ rescissa.
j. de actio. & oblig. Dicit ergo Iuriscõsultus hic, sicut actio rescissoria non
põt intẽtari, nisi restitutione pręhabita: ita nec exceptio potest obiјci ab
eo, cõtra quẽ est p̃scriptũ, nisi primò redierit, & cõueniat̃ à p̃scribente. h. d.
& fortis est. §. iste. & istum. §. examinaui plenè in. l. nã postea. §. si minor. j.
de iureiuran. & est tex. qui hoc declarat in. l. exceptiones. in fi. de except.

In actione. ¶ In actione rescissoria veniunt fructus. hoc dicit.

CVm miles. ¶ Restitutio ex hoc edicto dat̃ contra
hęredẽ, sicut cõtra defunctum. h. d. No.
tex. ibi, cõiũctim &c. ¶ Op. ꝙ possessio ad hęredẽ nõ trãseat,
nisi apprehẽdat̃: vt. l. cũ hęredes. j. de acq. pos. & nõ cõtinuat̃ ni
si acquirat̃. Sol. quidã dicũt hic loqui de hęrede suo: nõ est verũ. Tu dic. ꝙ
possessio cõtinuat̃ ipso iure, vt in cõtrario. Et qđ hic dicit̃, verum est quo
ad vsucapionem: quia cõtinuatur & perficitur hęreditate iacente. h. d.

b Si is qui. [b] ¶ Post cõpletã vsucapionẽ, & etiã post rẽ alienatã, cõ-
cedit̃ restitutio. h. d. ¶ Quęrit gl. aduers⁹ quẽ fiat restitu-
tio? dicit gl. aduers⁹ vtrũq;. ar. l. ĩ causę. §. ĩterdũ. š. ti. ij. sed qñ restituit̃ aduer
sus vnũ: debet citari alius: aliàs nõ faceret tibi pręiudicium. vide gl. h. d.

Item ex reliquis. ¶ Gl. legit duob⁹ modis. Primò, quãdo
pręsens restituit̃ contra absentẽ. & istud
gl. reprobat: quia nõ bene adaptat̃ exẽplo posito in tex. Secũdò quãdo ab
sens restituit̃ cõtra p̃sentẽ. & ista põt esse vera, Pone ergo exẽplũ, vt in gl.
¶ Op. ꝙ pręsens restituit̃ cõtra absentẽ, vt. š. eo. l. ait p̃tor. in fi. Sol. contra
cursus tpis, vt puta: quia periret actio, bñ restituit̃ p̃sens cõtra absentẽ. Idẽ
si periret instãtia iudiciј, secũdũ ea, quę no. in. l. arbitrio. §. dolo. š. de dolo.
aliàs pręsens non restituit̃ cõtra absentẽ, sed absens
cõtra p̃sentẽ, sic vt hic colligit̃ secũdũ diuersas lect.
¶ Itẽ aduerte: quia illđ qđ dicit̃ hic ĩ reliqs causis,
nõ est ita gñaliter intelligendũ: vt solũ aduersus cur
sum tpis: vel aduersus aliũ actũ: vbi nõ ĩteruenit cõ-
sensus alteri⁹ partis: tũc non cõpeteret restitutio ex
hoc edicto: sed fieret restitutio p̱ actionẽ de dolo, vel
similẽ: vt no. š. de dolo. l. j. §. idẽ Põponi⁹. in gl. super
verbo in amittenda. sed si actio de dolo, vel similis
cessaret: & ęquitas suaderet, recurratur ad restitutio
nem ex clausula generali: vt. l. sed & si per prętorem
in fi. š. e. facit. j. de confes. l. pe. & quod ibi no.

SI is. ¶ Ista lex legit̃ in gl. duob⁹ mo-
dis: vno mõ magis no. Possessiõis
apprehẽsio habet vim contestationis &
actionẽ perpetuat. h. d. ¶ Op. rescissoria
nõ cõpetit, nisi restitutione ĩpetrata: vt. l. necnõ. §. a
exẽplo. š. eo. ergo hic nullo modo actio cõpetit. Sol.
intelligas hic restitutionẽ impetratã. ¶ Sed op. ĩpe
trata restõne, nõ est perpetua actio rescissoria: vt. l.
in honorariјs. ver. sed cũ rescissa. j. de act. & oblig. &
l. nã posteà. §. si minor. j. de iureiurã. Sol. dicas, ꝙ hic
fuit actũ rescissoria & peruẽtũ ad sentẽtiã. Ista lect.
dubiũ nõ habet. & ideo cõtinet diuinationẽ. vñ dicit
gl. ꝙ apprehẽsio possessiõis habet vim litis cõtesta-
tiõis: vt. C. de pręscrip. xxx. an. l. cũ notissimi. §. imo
facit. l. ampli⁹ nõ peti. in fi. rem ra. ha. vbi solutio, vel
repetitio solutionis habet vim litis contest. h. d.

[a] ¶ Intelligi in tempore. Vide gloss. & Bar. in. l. quo tẽpore. C. de restit. mili.

ABesse. ¶ Reipublicæ cã abesse qs
dicitur, ab ea die, qua qs vr-
bẽ egreditur, vsquequo reuertat̃, ob pu-
blicam vtilitatẽ, nõ causa propriј com-
modi. h. d. cum duabus sequentibus.

MIles. ¶ Facit ad quæstionẽ, quã po-
nit Cy. in. l. j. C. de iu. §. facti igno
ran. ¶ No. nunquid milites nostri tẽpo-
ris gaudeãt priuilęgio antiquorum mili-
tum? Et videtur, quòd non. dic vt ibi.

HI qui. ¶ Qui accipit, vel gerit officium
contra ius, officialium priuilegio
non gaudebit. h. d.

SVMMARIVM.

1 *Ambasiatoribus infirmatis debetur salarium, quoad redire possint.* b

[b] ¶ Si is qui. & vide Bar. in. l. decem. de verbo. oblig. & no. Bald. in. l. j. C. de re pu. quæ fiũt in iudicio. & p̱ Bar. in. l. cũ fili⁹. in prin. de ver. obli. & in. l. pręuaricatoribus. de præua. & bar. & Bal. in. l. in causæ. la. j. §. interdũ. de mino.

Tandiu. ¶ Durante officio, dicitur quis
abesse causa reipublicę: & eo fini-
to, quoad redire poterit, secũdũ qualitatẽ personæ.
1 h. d. ¶ Not. arg. pro ambasiatorib⁹, † vt si infirman-
tur in ambasiata, debet eis solui, quoad redire pos-
sint. qđ tene menti: quia sępissime occurrit.

SVMMARIVM.

1 *Præsens contra absentem quomodo, & quãdo restituatur?*
2 *Statuto cauente, quòd si debitum non fuerit petitum, & executio facta intra. x. annos; creditor non audiatur: si creditor fuit missus in possessionem ex primo decreto, an sit interrupta præscriptio.*
3 *Factum esse aliquid, quando dicatur?*

IS qui reipublicæ.
¶ Ista lex legit̃ duobus modis principa
liter. Primò, qñ absens, qui dimisit pro-
curatorẽ: & habuit sententiã contrariã petit se resti-
tui contra pręsentem. Et istud prosequitur glo. vsq;
ibi, vel non auditur &c. Ibi ponit glo. secundam le-
ctu. s. quando præsens petit se restitui contra absen-
tem. Et dicitur hic, quòd si absens dimisit procura-
torem: per quem defendatur, quod præsens non au-
dietur. ergo à contrario sensu, si procuratorem non
dimisit audietur pręsens contra absentem & ad istũ
sensum contrariũ vadunt oẽs opp. factę in gloss. vel
possumus dicere, qđ iste op. respiciunt totã materiã
potius, ꝗ̃ legem. Hoc pręmisso pone casum secũdũ
verã lectu. absens causa reipublicę, legitimè defen-
sus, nõ restituit̃. h. d. ¶ Opp. de. l. sed & si per pręto-
rem. §. fi. š. eo. Sol. glos. multis modis. Finaliter tenet
vltimam so. dic de hoc plenè vt. l. fi. š. de in integ. re-
sti. ¶ Venio ad secũdã lec. secũdũ quã hoc intẽdit.
Si absens ꝓcuratorẽ dimisit, pręsens cõtra eum nõ
restituit̃: quia habuit quẽ cõueniret. h. d. & casus est
clarus. innuit à cõtrario, ꝙ si ꝓcuratorẽ non dimisit.

SIcut in annos. Not.princi. quod allegat Iaco.de Are.in materia ſubſtitutionis compendioſe. Et ego per iſtud principium determinaui plures qõnes.
1 ℂ Nam † queſtio eſt:teſtator legauit vxori ſuę, donec vitã vidualem ſeruauerit,vſumfructum. Certũ eſt, ꝙ de conſuetudine, ſi filij ſuperſunt habet alimenta,ſi non ſuperſint eſſet vſufructuaria. Modò tempore mortis ſuperſunt filij, demum moriuntur, & veniunt ſuſtituti. Mater petit totum vſumfructum. Dicunt ſubſtituti, Tu non debes habere niſi alimenta:quia iſtud legatum ſic fuit incœptum. Dico,ꝙ debet habere totum vſumfructum:nam illud legatum non eſt vnum,ſed pro illo anno, quo mortui ſunt filij,incipit eſſe ad totum vſumfructũ:ergo &c. & hoc per iſtud principium . ℂ Item facit ad
d queſtionem.[d] legauit † quis aliquid alicui pro loco,
2 quod poſsit petere quandocunq;. Modò lapſum eſt tempus tantum,ita quòd ſublata eſt præſcriptio.x. anno.licet de hoc ſit queſtio:ita quòd videtur,ꝙ nõ poſsit petere.Sed dico,quòd preſuppoſito,qđ currat præſcriptio:tamen per illam dictionem quãdocunq;,dico quòd ſunt plura legata.Et ideo licet quędam ſint ſublata præſcriptione:tamen cũ nunc incipiant alia legata competere:dico, quòd illa poterit petere:cum illa non ſint præſcripta . quod no.& poteſt facere ad multas quæſtiones &c.

Hæc autem. ℂ No.quòd quãdo copula cadit inter diuerſas orationes,facit coniunctionem verbalem.Ad qđ.l.j.§. is itaq;.C.de cadu.tollen.qđ no.Pro eo, quod dixi in.l.re cõiuncti.j.de leg.iij.& ibi pono opini.meam nouam per iſtas leges.

SI vſufructuarius meſſem.[e] ℂ Lex iſta legitur duobus modis:&
e eſt notabilis:& ſecundùm primã lectu.breuiter hoc intendit. Fructus efficiuntur fructuarij, cum ab eo ſunt in horreo recõditi bonęfidei poſſeſſoris,eoipſo quòd ſunt à ſolo ſeparati.h.d.ſecundũ primã lecturam no.Secũdũ aliã lectu.h.d. Vſufructuarius facit fructus ſuos,ſi ſuo nomine à ſolo ſeparentur.ſed bonęfidei poſſeſſor à quocunq; à terra ſeparentur.h.d. Secundùm iſtã lect.Iulianus nõ corrigit labeonem, imo declarat.Et iſtam puto veram:quia imo Iuriſconſultus approbat dictũ Labeonis ibi,ſed vt verũ.
f &c:& doct.ipſam tenent[f] in.l.certum.C.de rei vendi. Licet glo.in.l.& ex diuerſo.in gloſſ.magna.ſ.de rei vendi.videatur tenere primam lecturam.

INterdum. ℂ Not.quòd dicit ĩcipiẽte.qđ eſt ideò:quia ſuprà dixit quãdiu manumittatur.Secus,ſi dixiſſet,quãdiu manumiſſus fuerit:vt.l.Stichus.de manu.teſta.Facit quod dixi in.l.filiꝰ.§.diui.j.de leg.j.& quod dixi in.l.ſi quis id,quod de iuriſ.om.iudi.

SIſub conditione. ℂ Ex teſtamentis diuerſorum non eſt locus iuri accreſcendi.quã leg.not.quia eſt vna de regulis in materia iuris accreſcendi.

g IS qui.[g] ℂ Vſu partis retinetur ius totius à ſciẽte:ſecus ab ignorante.h.d.Quam leg.no.quia ad multas queſtiones valet:maximè ad queſtionẽ illam de eo,qui debebat habere annuatim.xx.ſoli. monetę antiquę, qui erant magni valoris,recipit ꝑ multos annos annuatim.xx. ſolidos monetæ nouæ minoris valoris.In qua queſtione dixi.Aut accepit ſcienter, vel ignoranter. de quo per glo.in.l.ſi quis emptionis.C.de preſcrip.xxx.an.quam diſputauit dominus Andręas de Piſis, & poſtea diſputauit eã: & melius,dominus Iac.but.

SVMMARIVM.

1 *Vir habitans in domo uxoris,uel econtrà,uidetur habitare magis iure familiaritatis:quàm ſuo nomine.*

2 *Poſſeßionem per familiam,quis retinere poteſt.*

Habitare dicitur quis,ubi habitat familia.

d ℂ Ad qõnẽ.Adde ꝙ ꝑ illũ text. dicit Bar.in.l.ſi mihi & Titio. de verb.ob. in.iij.col.ibi, ſed dico, ꝙ ſuppoſito. Adde Bar.in.l. nemo p̃t.de leg.j. & qđ no.glo.& Bar. in.l.cum notiſsimi §.in his de p̃ſcrip. xxx.an. Bald.in.l. ij.vt in poſ.leg.& ĩ l.j.in prin.de cad. tol.qđ no.Ang.& & Imo.in.l.cũ ſtipulatꝰ ſim mihi à ꝓculo.de ver.obl. Bal.in.l. qđ ſi nolit.§.pe.de ędi.edi.

e ℂ Si vſufructuariꝰ meſſem. Et faciũt ea,quę hic habenť ad qõ.p̃ſcripſit tertius cõtra vſufructuariũ, tandẽ dñs agit rei ven. directa, & recuperat rẽ.vtrũ dñs in hac rei ven. aduocet à tertio fructus quos ipſe tertius poſſeſſor percepit . poſt multa quę adduci p̃nt,dic ꝙ Roſ.hic q.diſputãdo terminauit, ꝙ ſic. Nec iſte poſſeſſor poterit opponere de iure tertij. qđ latius ſequiť Bald.in.c.j. §.p̃tereà . vltimò. de ꝓhi.feu.ali. per Fed. & ꝑ Bal.in.l. j.C.de fruc . & lit. expen. Adde Ioã. an. ĩ addi . Spec.in ti.de fru.& intereſſe.§.j.in fi.

f ℂ Et doct.ipſam tenẽt. & Bart.in.l. ij.in prin.de fruct. & lit.expen.videť approbare iſtã lec. Et facit etiam iſte tex.ad.q.no.Bald. in.l.fi.in.ij . col. de fruct.& lit.expen. ĩ ver.modo quęro.

g ℂ Is qui.& iſtum tex.alle.Bal.in.c.j. §.quid ergo.ĩ vna ad.li. de inue.de re ali.fa. quod ꝑ petitionem partis rei totã preſcriptionẽ interrũpit, ſi eodẽ noĩe agat . ſecus ſi nõ agat ex eadem cã,vt ĩ ca.olim. de cenſibus.

a ¶Habitare.vbi quis dicit̃ habitare, vide Bart.in.l.prætor.§.habitare.j.de his,qui deiec.vel effu.vide in.l.cum ſcimus.de agri.& cenſi. Et quod retineat poſſeſsionem per familiam, eſt gloſſ.in.l.conſentaneum.quæ incipit animo.& ibi Bald.in fi.per Bar.in.l.iij.§.labeo.de acquir.poſſeſſ.adde quis dicatur habitare Bal.conſi.lxj.j.lib.& Alex.conſi.l.j.lib.

d ¶Rei vendicatio. Et de hoc habetur inſti.de act.§.ęquè.in fi.no.Bar.in.l.ſi prius.ver.v.oppo.

e ¶Vt declaretur communes.bene facit quod not.per gloſ.& ibi Bart.in.l.j.de ferijs.

f POMATES. ¶Plenum.equitij. Ad hoc dictum Barto.hic vide Barb.conſilio.v.in ij.columna in fin.j.volumi.& cõſil.xvij.iiij.co.xxxiij.v.colũ.xxix.aliâs xxxix.in.vj.colũ.xlv.in.x.col.lxiij.in.iiij.col.eo.volu.Fel.c.cauſam que.in.v.colũ.de re iudi.Barba.cõſi.ij.in v.col.ij.volu.& cõſi.cccj.in.iij.col.& cõſi.xxxv.co.viij.& cõſ.ſeq.co.xiiij.& cõſi.lvj.vj.co.ij.vol.&.lxiiij.vj.col.eo.volu.Ro.conſi.ccxcij.in vlti.col.facit gloſ.l.idẽq;.§.idẽ Labeo.ff.manda.facit: qa debet attẽdi veriſimilitudo nõ ſolum reſpectu rerũ, ſecundũ Bal.l.Paulus.la.j.ff.de ſol.ſed etiam reſpectu perſonarũ.l.ſemp in ſtip.de re.iu.

b ¶Tribus.ſi teſtator iubet heredem fideiubere ꝓ me: & fideiuſſor ſoluat: an debeat habere regreſſum cõtra me.tex.hic videt̃ not.ꝙ non.qđ tene mẽti.vide tñ hic gl.& bal.& de iſto,text.vide bal.ĩ.l.arethuſa.de ſtatu hominum.& in l.ſancimus.C.de verb.ſig.& ad hoc hanc.l.ꝓ mirabili allegat bal.in.l.indebitã.de condictio.inde.& adde qđ dixi poſt Bar.in.l.ſi fideiuſſor.in prĩ.de leg.j.& Bal.& domi.Io.vbi ẽt bal.alle.iſtum tex.licet do.Io.non alleget bal.in.l.j.C.de vſufru.quòd licet teſtator nõ poſſit remittere cautionẽ vſufructuario:tamẽ poteſt damnare heredẽ.vt vnum pauperem recipiat in fideiuſſorem.& Bal.in.l.ſi pro ea.C.man.

c ¶Diſpoſitioni.qñ diſpoſitio apponat̃ circa aliqd quod eſt cõtra naturã rei &c.vide q̃ examinaui ĩ.l.per miſceri.de acqui.poſ.

S Imulieri. ¶No.leg.†q̃ facit ꝙ ſi vir habitat in do-
1 mo vxoris,vel vxor in domo viri, magis
videtur habitare iure familiaritatis, quã
pro ſe,& ſuo nomine poſsidere : vt hic.&.l.qui iure
2 familiaritatis.j.de acquir.poſ.Item no.gl.† ꝙ quis re
tinet poſſeſsionem per familiam ſuam,& dicitur ha
a bitare,[a] vbi familia ſua habitat.quod poteſt valere
ad multa.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſsio perditur per inundationem.*
Inundatio interrumpit præſcriptionem.

S Iager. ¶No.ꝙ per inundationem perditur poſſeſsio:& ſic no.
1 † ꝙ inundatio habet interrumpere præ-
ſcriptionem.Quod not.ad multa.& po-
teſt tota die venire de facto:& ideo no.text.cum gl.

De uſufructu earũ rerum, quæ uſu conſumuntur. *Rubrica.*

b T Ribus.[b] ¶Verſiculus illud &c.Facit ad quæſtio
nem,an procucator releuetur à ſa-
tiſdatione, per dominum per for-
mam.§.ſi verò aliquis.inſti.de ſa-
tiſ.dixi plenè.j.iudi.ſolui.ſuper ru-
brica.vbi glo.& Dy.tangunt.

Si uſusfructus petatur, uel ad alium pertinere negetur. *Rubrica.*

S Ifundo.
Vſusfructus. ¶Quoties diſpoſitiõi[c]
c apponitur,aliud quod eſt contra naturam rei,ſuper
qua diſponitur,non valet diſpoſitio.h.d.

Q Vi vſumfructum.
¶Hic habes duo,quæ habentur in.l.na
turaliter.in princi.de acquirenda poſſeſ.
dic vt ibi.

V Tifrui. ¶Not. optimum principium in caſu ſuo.Barto.

SVMMARIVM.

1 *Negatoria & confeſſoria dantur poſsidenti.*
2 *Comes etiam,ſi poſsidet comitatum:tamen poteſt petere,ut declaretur comes.*

V trumautem. ¶Not.iſtum finem:
1 † quia debes ſcire ꝙ
d rei vendicatio[d] datur illi,qui non poſsidet: ſed iſtæ
actiones,confeſſoria,& negatoria,q̃ ſunt in rem,dan
tur etiam poſsidenti:vt hic vides.ad qđ.l.& ſi fortè.
2 §.ſciendum.j.ſi ſer.vendi.qđ no.† quia q̃uis aliquis
comes poſsideat comitatum ſuum:tñ põt petere,vt
e declaret̃ comes[e].& ſic etiam,vt multa alia valet.

De uſu & habitatione. *Rubrica.*

C AEterum. ¶No.ꝙ qs in domo cõ-
muni põt inducere perſonas,de q-
bus.s.dictum eſt. Et recipere hoſpi
tes quãdoq;,& ſimiles.facit.l.ſi ſti-
pulatus fuerim.j.de verb.oblig.

S Ihabitatio.
Sed ſi ſit. ¶Reſtat vnũ contra-
riũ in ſolutione gl.So.
in illis nõ erãt verba ſimilia, vel ęquipollentia iſtis:
quia ipſa res fuit relicta cũ adiectione quadam : per
quam adiectionẽ legata non minuuntur, neq; adi-
munt̃:hic fuit relictus vſusfructus, vel vſus cum ad-
iectione quadã,per quã adiectionẽ legatũ augetur:
& ſic vbiq; fit interpretatio in benigniorem partẽ:
vt.l.in teſtamentis.j.de reg.iur.quam ſol.no.

P Lenum.
f Equitii.[f] ¶Not.ꝙ verba teſta-
toris debent intelligi ſe-
cundùm conditionẽ perſonę, cui datur, ſeu ad quã
diſpoſitio confertur.Bar.

P Erſeruum.
Vusfruct. ¶Op.de le.j.§.j.s.
ſi vſusfr.pe.So.quę-
dam ſunt ſubſtantialia rei,quędã ſunt naturalia,ſeu
accidentalia.In his,q̃ ſunt de ſubſtantia, ſi quidem
in ipſa diſpoſitione adimatur, vitiatur diſpoſitio.
Sed ſi adimatur diſpoſitione pfecta,vitiat̃ adẽptio:
& valet diſpoſitio:vt hic.In his verò,quę ſunt natu-
ralia,ſiue accidentalia, q̃;q̃; neceſſaria ademptio nõ
vitiat diſpoſitionem : vt leg.contraria : vt ibi not.

Arbor ſeruitutum:



Oneris ferendi. &
Itineris, ſeu aditus.
Stillicidiũ non admittendi. B
Ne pſpectui officiatur. C
Ne luminibus officiatur. D
Iter. G
Via. H
Actus. I
Pecoris ad aquam appulſus. P
Ius paſcendi. Q
Quaſi cõtinuæ. n
Luminum. z
Altius non tollendi. A
Continue. m
Diſcontinuę. o
Ruſtica nominata. F
Aquæductus. K
Aquę hauſtus. O
Negatiua.
Proſpectus. Y
Protegendi. x
Affirmatiua. q
Oẽs ſeruitutes reales, aut ſunt. l
Ruſtica. E
Innominata. L
Calcis coquendæ. N
Vrbana. p
Seruitus proiiciẽdi. v
Altius tollendi. r
Debita à pſona rei. e
Arenæ fodiendæ. M
Tignum immittẽdi. t
Ex iure poſitiuo.
Merè realis. c
A re perſonæ debita. f
Diuidua. g
Stillicidiũ admittẽdi. s
Iuriſgentium.
Merè perſonalis. b
Miſta. d
Vſusfructꝰ h
Diuina.
Seruitus. a
Indiuidua. g
Ex veteri teſtamẽto.
Vſus. i
Ex nouo teſtamento.
Habitatio. k
Arbor ſeruitutum.

Diffinitiones.& declarationes seruitutum.

Diffinitiones seruitutum omnes hic ordine alphabetico signantur.

a ¶ Seruitutum tria sunt genera. Quædam enim sunt seruitutes personales: quædam reales: quędam mistę, vt patet in arbore in prima diuisione.

b ¶ Seruitus personalis dicit̃ illa, q̃ debet̃ à psona psonę: q̃ habet̃ in titu.insti. de iure perso.&.ff.de sta.homi.& vbicunq; fit mētio de seruis. Et hęc dicit̃ merè personalis: vt no.glo.in.l.j.j̃.de serui.ti.gene. Et sic diffinit̃. Seruit⁹ est cōstitutio iurisgentiū, qua quis dn̄o alieno contra naturā subijcit̃. Ita dicit Iurisconsul.in.l.iiij.§.j.ff.de statu homi.institu.de iure perso.§.ij. Et secūdū hanc diffinitionem patet, q̃ seruitus sit de iuregētiū: licet aliqui dicant q̃d sit de iure naturali. Alij de iure diuino: & alij de iure ciuili, vel canonico. Quæ omnia forte possunt esse vera, diuersis respectibus. Sicut in simili dicit glo.de matrimonio insti.de iure natura.§.j. Et quia de ista seruitute in hoc tit.non est ad propositū: idcirco nō latius de ea faciam mentionē. vide optimā glo.in.c.ita quorūdā.de iudæ.& Sarace.super verbo, seruos.

c ¶ Seruitus realis dicit̃, quæ debet̃ à re rei: sicut est seruitus vrbana: & rustica. quę nō debet̃ personę, sed p̃dio. tex.in.l.vnus ex socijs.ff.de ser.rusti.prędio. Et omissis diffinitionib⁹ multorū docto. hęc est vera diffinitio secūdū Bar.in.l.j.j̃.de serui. Seruitus realis est quoddā ius p̃dio inherens.& ipsius vtilitatē respiciēs: & alterius prædij ius siue libertatem diminuens.

d ¶ Seruitus mista, dicitur, quæ non est merè personalis: puta, nō debetur à persona personę. nec est merè realis: puta nō debetur à re rei, sed de vtraq; participat. Huius aūt species sunt tres.s. vsusfructus, vsus, habitatio, licet gl. ij.insti.eo.ponat quatuor.& gl.in.l.j.ff.eo. puta seruitus mista debita à persona rei: sed nō est ꝓpriè seruitus. De hoc parū.j̃. patebit in sequē. declara.

e ¶ Debita à persona rei. hęc nō est propriè seruitus, prout capitur in materia nostra. Bar.in.l.j.ff.de serui.iō hîc non deberet poni. Et de hac. vide tex. in.l. Titio centum.§. Titio.ff.de cōdi.& demon.& adde quod dixi.s̃.in declaratione seruitutis mistę.

f ¶ Seruitus mista à re, personę debita. Hæc cellula nō īdiget declaratiōe: qa satis cognoscit̃, si cognoscit̃ q̃d sit vsusfructus, q̃d sit vsus, & q̃d habitatio.

g ¶ Omnes seruitutes sunt diuiduę, & indiuiduę: sed sola seruit⁹ vsusfructus est diuidua: cæteræ sunt indiuiduæ, vt est tex.in.l.j.§.si vsusfructus.ff.ad.l. fal.in.l.stipulationes non diuidunt̃. in prin.ff.de verb.oblig. Et q̃ sit ratio differētię. dic q̃d est ista secundū doct.in dictis iurib⁹: quia tantā vtilitatem affert vsusfructus respectu partis, quantam totū respectu totius, quod nō est in alijs seruitutibus.

h ¶ Vsusfructus. Est ius vtendi fruēdi, salua rerū substātia. institu.de vsufru. in prin. Et est duplex vsusfructus.s. causalis & formalis. glos.in.l.omniū.ff. de vsufruct. Vsusfructus causalis est, qui est cōiunctus cū sua ꝓprietate.l.si vn⁹.§.antepe.ff.de pact. Et iste nō est seruitus. ideo nō est hîc ad ꝓpositū. Vsusfruct⁹ formalis, est ille, q est separat⁹ à sua ꝓprietate. de illo hîc est q̃o.

i Vsus. Est alienis rebus vtendi salua rerū substātia: vt ꝓbatur in.l.j.cū glos. in verbo, vtendi.ff.de vsufru. Et nō dicitur in diffinitione fruēdi.ad differētiam vsusfructus, vt patet.s̃.in diffinitione vsusfructus.

k Habitatio. Est seruitus personalis mista in habitando cōsistens. Et cōstituit̃ tantū in domo pactionib⁹, & stipulationib⁹, vel in vltima volūtate: sicut ī alijs seruitutib⁹ dicit̃: vt īsti.de serui.§.fi. Et est habitatio distincta spēs ab vsufructu, & vsu.§.sed si cui. institu.de vsu.& habi.& eius effectus vide ibidem.

l ¶ Omnes seruitutes reales. Aut sunt cōtinuæ, aut quasi cōtinuę: aut discōtinuę. Et rō istius distinctionis est: quia reales fundo debent̃, & fundus nō habet animū p quē retineat̃ possessio: iō per factū hoīs dicunt̃ cōtinuę vel discōtinuę. q̃d est secus ī seruitutib⁹ mistis, q̃ cū psonę debeant̃ solo animo posidentur. Doctrina est Bar.in.l.iusto.§.nō mutat.ff.de vsuscap.

m ¶ Cōtinuę. Sunt illę quarū vsus durat perpetuo actualiter, ac potētialiter: vt aquęductus, & tignum immittendi. Paulus & Flo.in.l.seruitus.la.iiij.ff. de serui.tit.genera. ¶ Et istæ pręscribuntur sine titulo, & longo tempore: puta.x.annis inter pręsentes, &.xx.inter absentes exmplo rerum immobilium.l.fi.C.de pręscrip.long.temp.&.l.ij.C.de serui.& aqua.

n ¶ Quasi cōtinuę. Sunt illę quarū vsus durat perpetuo potētialiter sed nō actualiter, vt seruitus stillicidij, secundū Cepolā in tracta.de serui.vrba.prędio.c.xix.& istę quo ad pręscriptionem ęquiparātur seruitutib⁹ cōtinuis. tex.est in.l.foramen.ff.de serui.vrba.prędio.

o ¶ Discōtinuę. Sunt illę quarū vsus nō durat perpetuo: nec actualiter, nec potētialiter: vt iter, via, actus. Et istę nullo tēpore p̄scribunt̃. Bald.in.l.ij.C. de serui.& aqua.&.l.seruitutes.in.iiij.ff.de serui.titu.gene. Nisi tāto tēpore, cuius initij non extat memoria.l.hoc iure.§.ductus aquę.ff.de aqua pluuia. arcen.sunt & alię fallentiæ, quas vide per Cepo.in.d.c.xix.

p ¶ Vrbana. Seruitus vrbana realis, est illa quæ prædio vrbano debetur secundū l.iiij.§.equê.insti.de actio.iij.col. Et dicit̃ prędiū vrbanū omne ędificiū gratia habitandi factū siue in rure, siue ī ciuitate sit positū. Bar.in.l.seruitutes.in.iiij.ff.de ser.ti.ge. Et est duplex: q̃dā affirmatiua: & q̃dā negatiua.

q ¶ Affirmatiua. Est verbis affirmatiuis cōcepta. seruitutes affirmatiuę sunt istę quæ sequuntur.

r ¶ Altius tollendi. Est quoddam ius à prędio alteri debitū, quo quis tenet̃ ædificare, ꝓpter aliquā vtilitatē, ex hoc vicino prouenietem, per tex.& gl. & ibi Bar.in.l.j.ff.de serui.vrba.predio.

s ¶ Stillicidium admittēdi. Est quoddam ius, quod meo prędio est debitū: vt possim meū stillicidiū super tectū, vel aream vicini deriuare. colligitur ex not.per Cepolam in tractatu suo de serui.vrba.prędio.c.xxviij.

t ¶ Tignum immittēdi. Est ius quo tignum super parietem vicini possum immittere, vt in.l.j.ff.de serui.vrba.prędio.& immittit̃ cū in meo, & in alieno requiescit.l.malū.§.j.ff.de verb.sig.&.l.quēadmodum.ff.ad legē aquil.

v ¶ Seruitus proijciēdi. Est ius quo ex fundo meo vrbano ī solū vicini licitū est proijcere aquam. per tex.& ibi Flo.in.l.j.col.fi.ff.de serui.vrba.prædio.

x ¶ Protegēdi. Est ius quo ex meo prędio vrbano supra tuū solū ꝓtectū aliquod habere possum: ex no.p Cepolā in tractatu de ser.vrb.p̃dio.c.xxxij.

y ¶ Prospectus. De hac vide Cepo.in tracta.de serui.vrba.in.c.xxxiiij.

z Luminum. Est ius, quo vicinus in ędificando tenet̃ domui meę dimittere lumina sufficiētia, vt.l.luminum.ff.de serui.vrba.prędio.

& ¶ Oneris ferēdi. Vide Cepolam in suo tracta.serui.vrba.in.c.xxxvij. qui suo more perpulchrè declarat.

ꝯ ¶ Itineris, seu aditus. Est ius quo p domū tuam possum ire ad meam.l.seruitutes, q̃ in superficie.§.si domo.ff.de serui.vrb.prędio.& tūc de die tantū licitum est ire: de nocte debet seruitus ianuam claudere, per glo.in.l.item. aliâs iter.& ibi Pau.& Flo.ff.communia prędio.

ꝵ ¶ Negatiua. Est verbis negatiuis cōcepta. & seruitutes vrbanæ negatiuę sunt istę, quę sequuntur.

A ¶ Altius non tollēdi &c. Est ius quo alteri suū ædificiū extollere me inuito fas non est: vt.l.altius, & ibi no.C.de serui, & aqua. arbores tamē plantari licitū est, vt.l.quod aūt.&.l.ędificia.ff.de serui.vrba.prædio.

B ¶ Stillicidiū non admittēdi. Est ius, quo vicino stillicidiū suū alteri deriuari fas nō est, vt supra solū, vel areā meam cadat: vt est tex.cū glo.& ibi Bar. in.l.j.ff.de serui.vrba.prædio.

C ¶ Ne prospectus. Est ius quo alteri ꝓspectū meū minus grauiorē reddere non licet.l.inter seruitutes.l.ij.ff.de ser.vrba.p̃dio.& differt à seruitute prospectus: vt per Cepolā in tract.de ser.vrba.c.xxxiij.

D ¶ Ne luminibus officiat̃. Est ius, quo alteri lumina mea, siue ædificando, siue arbores plantādo auferre fas nō est: vt.l.lumē.§.si arborē. aliâs.l.si arborem.ff.de serui.vrba prædio.

E ¶ Rustica. Seruitus realis rustica est illa, q̃ debet̃ prędio rustico, vt.l.j.ff.de ser.rusti.p̃di.& insti.de serui.§.iō aūt. Et p̃diū dicit̃ rusticū omne illud, q̃d fit gratia percipiēdorū vel colligēdorū fructuū: vt.l.eo iure.§.tabula.ff.in qui.cau.pig.taci.contrahitur.

F ¶ Rustica nominata. Est illa quæ habet nomen iuris, & à iure impositū, q̃ nō noīat̃ ab actu.gl.& ibi Pau.ī.l.j.ff.de ser.rust.p̃di. Bal.in rub.de vsufr.C.

G ¶ Iter. Est ius eūdi, ambulādi hoīs, nō iumentū agēdi, vel vehiculū, vt.l.j. in prin.ff.de ser.rusti.p̃di.& dicit̃ eūdi solus: & planè. Ambulādi verò cum alio, vel currēdo, per glo.& ibi Pau.de ca.in.d.l.j. superius allegata.

H ¶ Via. Est ius eūdi, agēdi, & ambulādi hoīs. in.l.j.§.via.ff.de ser.rusti.p̃di. Et talis hastam rectā, & lapides & trabē trahere pōt, q̃d habēti actum non permittitur.l.qui sella.in prin.ff.de ser.rusti.prędio.

I ¶ Actus. Est ius agendi iumētum, vel vehiculum.§.actus.insti.de ser.& dic agendi.ante se, vel post se.s.ad manus.gl.in.d.§.actus.

K ¶ Aquæductus. Est ius ducendi aquā per fundū alienū.l.j.§.aquæductus. ff.de ser.rusti.prędio.& intellige siue per fistulā, siue per quodlibet instrumentum fistulę.l.si prius.§.placuit.ff.de aqua plu.arcen.

L ¶ Rustica innominata. Est illa, q̃ denominat̃ ab actu: nec habet nomen à iure impositū.gl.& ibi Pau.in.l.j.§.in prædijs.ff.de serui.rusti.prędio. Plus tamen placet opinio Cepolę in tractatu de serui.vrba.prædio.c.ix.

M ¶ Arenæ fodiēdę. Est ius, quo in fundo vicini possum arenā fodere forte, vt ex his fiant vasa, vel ędificia rustica: vt colligitur ex.§.inter rusticorum. insti.de seruitutibus.

N ¶ Calcis coquēdę. Est ius quo in fundo vicini licitum est calcem coquere ad vtilitatē mei prędij rustici. Cepo.in tractatu de serui.rusticorū p̃dio.c.x.

O ¶ Aquæ haustus. Est ius hauriendi aquam de puteo vel fonte, vel de alia aqua vicini, secundum Azo.in summa.C.de ser.§.haustus.& secundùm Cepo.in tracta.de serui.rusti.prædio.c.vij.

P ¶ Pecoris ad aquā appulsus. Est habere ius appellendi pecora agri mei, per prędiū vicini ad fontem, vel puteū: vt no.in.§.inter rusticorum.instit. de serui. Et per Azo.in summa.C.de ser.§.pecoris.

Q ¶ Ius pascendi. Est ius pecoris pascēdi in fundo alieno agri mei causa. per l.j.§.fi.ff.de ser.rusti.prędio.l.qui seruandorum.§.fina.ff.de prescrip.vrbis.

De seruitutibus.

De seruitutibus *Rubrica.*

¶Dictum est.s̈.de seruitutibus personalibus:sequitur videre de realibus. ¶Sed oppo.ꝙ seruitus nõ potest sine vsu cõstitui.vt.l.j.s̈.de vsufructu.Huius timore facta est gl.in.l.j.huius tituli,quæ distinguit quatuor genera seruitutum,vt videbitis per ordinem.j.l.j.

SVMMARIVM.

1 *Deus fecit hominem,ut dominaretur omnibus alijs rebus.*
2 *Seruitus realis,quid sit?*
3 *Seruitus quo iure sit inducta?*

SEruitutes. ¶Seruitutũ alię personales,alię reales.h.d.¶Opp.nã de seruitutib⁹ ꝑsonalib⁹ loquitᷣ ti.de sta.ho.& de his,q̃ sunt sui vel ali.iu.nõ liber ꝑsens.Huius timore gl.soluẽs dicit,ꝙ hęc distinctio non est ꝑfecta.& ideo debes distinguere:qa seruitutũ alię merè ꝑsonales,q̃ debentᷣ à ꝑsona ꝑsonę:vt in tit.de sta.ho.Alię merè reales,q̃ debentᷣ à re rei:vt ĩ hoc titu.Alię q̃ debentᷣ à re ꝑsonę:vt vsus,& vsufructus:de qb⁹ loquitᷣ ꝑcedẽs liber.vnde nõ est merè personalis.Alię quæ debentur à persona rei:vt.l. Titio.§.Titio.j.de condi. & dem.&.l.meuia.de ma.testa.¶Assumo primam:& ostẽdo,quòd tit.de sta . homi. non loquitur propriè de seruitutibus.Nam seruitus propriè non potest esse,nisi sint duo.s.ille qui dominatur , & ille q̃ seruit:vt.l.j.j.cõia prædio.sed .j.ego reperio, quod est seruitus sine domino:vt.l.quod seruus.j.de stipu.ser.ergo non est propriè seruitus. Respon-
1 deo:naturaliter† deus fecit hominẽ:vt dominaretᷣ omnib⁹ alijs rebus:vt.l.in pecudũ.j.de vsur.&.l.iustissimè.de ędil.edic .oẽs ergo alię res naturaliter seruiũt homini.si ergo aliquo modo efficitᷣ,ꝙ homo exeat de numero hominũ dominantiũ,& trãseat in numero rerũ seruientiũ:meritò dicitᷣ seru⁹,hoc est de genere seruientiũ.& si in nulli⁹ bonis esset:ita posset occupari;sicut quælibet alia res:vt.d.l.ꝙ seruus.¶Venio ad secundũ.s.ad seruitutes merè reales,de quibus loquitᷣ iste text.& istæ res in quib⁹ est hęc seruitus,oẽs sunt de illo genere rerũ,q̃ homini seruiũt,& subijciuntᷣ:& tñ ĩter se vna alteri dicitᷣ dominari.Et ideo nõ põt esse prædiũ seruiẽs sine ꝑdio dominã
2 te:vt.l.j.j.cõmunia prędio.¶Quero ergo† qd est seruitus[a]?Istã diffinitionẽ
a nõ reperio,possum⁹ tñ ꝓbabiliter sic diffinire.Seruit⁹,est ius quoddã ꝑdio inhęrens,ipsius vtilitatem respiciens,& alterius libertatem, seu ius diminuens.ita põt diffiniri.Dixi qđ est ius.Istud probatᷣ insti.de re.cor.& ĩcor.&.s̈.de re.di.l.j.in fi.&.j.tit.ij.l.j.cũ infinitis similib⁹.Sequitᷣ prędio cohęrẽs probatᷣ.s̈.de nego.gest.l.q in aliena.§.fin.Quod dixi cohęrens:dixi,vt significarem,qđ est q̃dam qualitas prędij,nõ inhęrẽs ipsi prædio principaliter sed accessoriè:vt.j.eo.l.seruitutes de verbo.signific.l.qd aliud.Itẽ ideo dixi prędio cohęrẽs,vt p hoc denotarẽ seruitutẽ inesse prædio dominãti actiuè.vt.l.arbor.§.fi.j.cõmu.diui.sed huic ob.j̈.eo.l.iij.q̃ videtᷣ velle inesse prędio seruienti.Respõ.ipsi prędio inest passiuè & priuatiuè.Ius enim eius diminuit vt statim dicã.Ideo non dicitᷣ ꝓpriè inesse,sed magis deesse.si cui enĩ offenderetᷣ ocul⁹,nõ propriè dicitur,qđ ei inest cæcitas, sed propriè ei deest lumẽ.Itẽ huic obst.qđ alibi dicitᷣ,ꝙ seruitutes nõ sunt in bonis,nec extra bona:ergo nõ inest prædio dominanti:vt.l.j.de vsufru.leg.sol.vt ibi per gl.&.l.rẽ in bonis.de acq.re.domi.nõ est enim in bonis,nec extra per se & principaliter,sed accessoriè.Sicut qualitas inest subiecto,bene est ĩ bonis,hoc est in prędio dominãte.Sequitᷣ ipsi⁹ vtilitatẽ respiciens.hoc ideo dixi:qa nisi vtilitatẽ prædij cõtineret:nõ posset cõstitui seruit⁹:vt.l.si ædes. j.tit.j.& tit.ij.l.& Attilicinus.Sequitur & libertatẽ,seu ius alterius diminuens.Istud probatur in.l.stipulatio ista.§.qs fortè.j.de verbo.obli. Et qđ dixi alterius,ideo dixi:qa nõ põt esse prædiũ seruiens sine prædio dominãte:vt.l.j.cõia prædi.Itẽ qđ dixi alterius,ĩtelligo.s.domini.vt.l.j.j.quẽad.ser.amit.Itẽ intelligo alterius in totũ,vel in partẽ quãdoq;,vt videbitis in.l. ꝓ
3 parte.j.eo.¶Quero,quo† iure sunt inductę istę seruitutes?Respondeo de iuregentiũ.istud probatᷣ insti.de serui.in fi.Diuisiones autẽ istarũ seruitutum realium,videbitis p Iurisconsultum.Quia aliæ vrbanorũ,aliæ rusticorũ:& quælibet habet diuisiones per se,& est certa species eius:quia quędã est seruitus,quę debetur à re personæ:vt vsus,& vsufructus:& de istis vidistis in præcedẽtibus titulis.¶Venio ad quartũ genus:scilicet quãdo debetur à persona rei, quod de iure fforũ nõ est repertũ:nisi in liberto,vt possit cogi ad morandum in certo loco:vt.l. Titio.§.Titio. de conditioni.& demõstra.&.l.Meuia.de ma.testa.De iure.Cod.reperitur in agricolis & censitis,qui sunt ascripti glebę.adeò,qđ à solo separari nõ possunt .vt.l.quẽadmodum.C.de agrico.& censi.lib.xj.& per multos titulos ibidem.

SVMMARIVM.

1 *Dominorum unus potest constituere rem pignori pro sua parte pro indiuiso.*

VNus. ¶Dicit glo.hoc est verum,nisi alij cõsentiãt ante vel post:vt.l.per fundũ.j.ti.ij. ¶Quæro rationẽ huius.Rñ.quia seruitus constituitur ad vtilitatem prędij dominantis,& minutionẽ ꝑdij seruientis.Mõ vna pars pro indiuiso non potest vtilitatẽ recipere.Nõ eñ posses deducere aquã ad fundũ cõem ꝓ certa parte,ꝓ indiuiso,neque ducere per fundũ alienũ pro indiuiso:iõ non põt ab vno constitui:vt.j.e.l.ad certam.
1 ¶Et ex hoc †apparet,ꝙ vn⁹ ex dñis põt cõstituere pignori rẽ ꝓ pte sua ꝓ indiuiso:vt.C.si cõis res pig.da.sit.l.j.qa illud fit ad securitatem debiti:q̃ securitas potest ꝑstari pro indiuiso:nõ aũt põt præstari vtilitas,seu seruit⁹ fundo meo certa parte ꝓ indiuiso, vt hic.& circa hoc vide.l.stipulationes nõ diuiduntur.in primis quatuor cõtrarijs.j.de verbo.oblig.

SEruitutes prædi. ¶Seruitutes possunt imponi solo & superficiei.vel sic.Seruitutes possunt diminuere soli vtilitatẽ & superficiẽ.h.d.¶Reuoco in dubiũ intellectũ legis nrę.quidã exponũt idest,alię rusticę:alię vrbanę.ꝙ gl.nõ pl3: qa istã diuisionẽ vidistis.s̈.e.l.j.Alij exponunt alr̃:vt dicit gl.& ego dixi in summario.¶Sed tũc opp.primò sic:seruitus seruitutis esse nõ põt:vt.l. j.de vsufr.leg.ergo ĩ supficie nõ poterit imponi seruitus. gl.rñdet mirabil'r,nõ est verũ.ꝙ su
b pficies[b] sit seruitus:imo est vtile dñiũ. Tene menti istã gl.¶Extra gl.op.seruit⁹ nõ põt cõstitui ꝓ parte:vt .s̈..e.l.ꝓxi.ergo nõ põt cõstitui ĩ supficie tñ,q̃ est pars domus:vt.l.solũ.s̈.de vẽ.rñdeo:nõ cõstituitᷣ ꝓ parte imo insolidũ:qa qlibet est dñs insolidũ illi⁹ domus:vn⁹ iure directo,ali⁹ iure vtilis dñij.qđ apparet:qa supficies per se nõ põt censeri.vt.l.obligationum fere.§.placet.j.de actio.& obli.¶Op.hic ĩnuit,ꝙ seruitutes sunt in solo,vel supficie seruiente.contrà imo seruitutes sũt ĩ prędio dominãte:vt.l.arbor.in fi.j.cõmuni diui.& dixi.s̈. l.j.Sol.inꝑdio seruiẽte inest passiuè,in prędio dominãte actiuè.qđ no .be.

[a] ¶Quid est seruitus . vide instit. de act.§.ęquè.

[b] ¶Quod superficies.& tex.gloss. & ibi Bartol. in. d.l.j.§.fin.de superfi.& ĩsti.de acti.§.ęquę.

SVMMARIVM.

1 *Seruitus non potest constitui sub conditione extinctiua, sed inchoatiua sic.*
2 *Dictio donec dum,uel quandiu,an faciant conditionem.uel modum.*
3 *Seruitus quare non possit constitui sub conditione, & ad diem:& modis de quibus in hac lege.*
Vsufructus potest cõstitui sub conditione,& ad diem.& numero.6.
4 *Tempus quare non sit modus tollendæ,uel inducendæ obligationis.*
5 *Dominium cur possit transferri ad tempus.*
7 *Vsufructus cur potest constitui sub conditione & ex tempore?*

SEruitutes. Seruitus non potest extingui tpe,vel cõditione,neque constitui ex tpe ipso iure:sed ope exceptionis.hoc dicit. Et est illa lex multũ difficilis & subtilis:& ista est vna lect.Legitᷣ ĩ gl.sup verbo placitũ.ibi,posset etiã &c . alio mõ p quosdã doc.legitur tertio modo.¶Examinemus primò istã:& op.de primo rñso ad scđm respõsum.Sol.primum loquitur ipso iure:secũdũ responsum loqtur de ęqtate,q̃ debet seruari:vt.l.placuit.C.de iudi.¶Scđo oppo.de.l.iiij.&.v.s̈.de vsufru .Sol.aliud in seruitutib⁹ ꝑsonalib⁹,q̃ pñt cõstitui ad tp̃s,& ex tpe,vt ibi:aliud in realibus,vt hic.Vtrum hoc sit verũ:& q̃ sit eius rõ dicã.j.¶Sed pro declaratioce lr̃æ q̃ro,qd est hoc dictũ,ꝙ non põt seruitus constitui ex tpe:glo.intelligit,hoc est vt valet post tp̃s:ad id qđ sequitur,neq; ad tp̃s.Hoc est,vt valeat ad certũ tp̃s,& nõ vltra.Itẽ ponit gl.vnũ exẽplũ,si ego cõcessi tibi seruitutem,vt alternis diebus ,vel horis vtaris.Ista seruit⁹ nõ finitᷣ,licet finiatᷣ vsus.¶Et ad istud exemplum op.de.l.si prius.j.de aqua plu.ar.Solu.ibi fuerunt constitutæ seruitutes diuersis tpibus: hic vno. ¶Item ad id opp. de.l.Labeo.j.tit.ij.Solu.intellige illã secũdũ istam.¶Venio ad illud,quod tex.dicit,neq; sub conditione,neq; ad certam conditionem.&quęro exempla. Glo.ponit opin.Dicũt quidã sub cõditione cõstitui.si cõstituo seruitutẽ purè,hoc acto,qđ ita demũ possis vẽdicare,& vti,si nauis ex Asia venerit.Istud exẽplũ nõ placet: qa tex.dicit,ꝙ nõ põt cõstitui sub cõditione,exemplũ istud ponit,ꝙ cõditio fuit adiecta vsui,vel vẽdicatiõi nõ ipsi cõstitutiõi.vñ alij dicũt,ꝙ fuit cõstituta sub cõditione,si nauis ex asia venerit:sed añ cõditiõis euẽtũ tradidit:& sic statĩ incipit: vt.l. sub cõditiõe.de sol.&.l.sed nisi.j.de iure do.Certè nec

hoc placet,qa scd'm hoc conditio fuit adiecta ꝓmis-
siōi,nō traditioni. Tex.aūt dicit,ꝙ nō pōt adīci ipsi
cōstitutiōi.p cōstitutionē,ego ītelligo ꝓmissionē,&
traditionem,vel quasi:sicuti dicimus in.l.iij.§.dare.s.
de vsufru.&.j.eo.l.pe.¶Vñ alij ponūt exemplū,ꝙ
nō pōt cōstitui sub hac cōditione , si voluero:sic nec
alia obligatio cōstitui potest:vt.l.sub hac.j.de act.&
obli.Istud etiā nō placet primò:qa hęc lex vult face
re differētiā inter cōstitutionē seruitutis,& alios act9,
p hoc nulla differētia fieret.Pręterea istud est exem-
plū,quod hic ponit Iuriscōsultus , qñ seruitus cōsti-
tuit̃ ad certā cōditionē,nō qñ cōstituit̃ sub cōditiōe.
1 Et ideo gl.†tua dicit,seruitus nō pōt cōstitui sub cō
ditiōe.s.extinctiua:sed bñ pōt cōstitui sub cōditione
inchoatiua,seu inductiua:sicut & dominiū:vt ꝓbat̃
in.l.qui absenti.§.si qs.j.de acqui.pos.Vñ si cōstituo
tibi seruitutē hoc acto , quod extinguat̃ , si nauis ex
asia venerit:nō valet ipso iure.Sed si constituerē ti-
bi seruitutem,si nauis ex asia venerit:istud bñ potest
fieri.Ita intelligit̃ quod hic dicit̃ neq; sub cōditione.
Et in hoc cōiter residēt oēs doc.Illud aūt quod seq̃t,
neq; ad certā cōditionem,dicit gl.intellige,hoc est,ad
certū modū, vt sit sibi seruitus cōstituta donec nauis
venerit,vel dū volā.¶Et sic est quidā modus, dicit
2 gl.Ex qua glo.habes,†ꝙ hęc dictio donec,vel dū,vel
quādiu & similes,faciunt modū:& non cōditionem.
In cōtrariū videt̃ tex.in.l.pater seuerinā.in fi.de cō-
di.& demon.& etiā tex.j.ea.leg.qui dicit ad certam
cōditionē.Pręterea seruitus pōt cōstitui ad certum
modū:vt.j.ꝓxi.§.Dicas ergo sic:quędam est cōditio
momētanea:quædā est conditio, quę habet causam
successiuā.Modo illud, quod dicit̃ seruitus non pōt
cōstitui sub cōditiōe extinctiua:intellige de ea,quę
habeat causam momētaneam:vt puta,constituo tibi
seruitutē,quę extinguat̃,si nauis ex asia venerit.quę-
dam est cōditio,quę habet causam successiuā.Et de
illa loquitur,dū dicit,neq; ad certam cōditionem : vt
puta cōstituo tibi seruitutē,quę duret quādiu volam,
hoc est,quandiu cōtinuat̃ successus voluntatis meæ
continuet̃ seruitus:& cū deficit volūtas,deficiat serui
3 tus:vel quandiu talis viuet & similia. ¶Quæro,† &
modo intremus subtilitatē harū legū:quare seruitus
nō pōt cōstitui prędictis modis.Dicūt qdā,ꝙ nec do
miniū prędictis modis pōt cōstitui. Quod gl.repro-
bat p.l.q absenti.§.si quis.de acq.poss.Dñium enim
secūdū verā opi.pōt trāsferri sub cōditione & ad diē.
casus est in.l.fi.de leg.rōnē.j.dicā.Item quia vsufru-
ctus,qui pars dominij est,potest cōstitui sub condi-
tione,& ad diē,vt.s.de vsufr.l.iiij.& tetigi.s.in secūdo
cōtrario.Vnde alij ponunt aliam rōnem s.quia tem-
pus nō est modus tollendę,vel inducendę obligatio-
nis , vt.l.obligationum ferè.§.placet.j.de act.& ob.&
j.de le.j.l.nemo potest.Glos.istam rationem non re-
probat,neq; approbat,sed dat tertiū : quia lex voluit
constituere seruitutes cū quadam perpetuitate, pro-
pter vtilitatē prædiorū.Ista ratio non est bona : quia
secundū hoc nō impediret̃ cōstitui seruit9 ex tēpore:
qa tūc esset ꝑpetua ex parte post,sicut illa quę purè
cōstituit̃.¶Dicendū est ergo, ꝙ ratio pręcedens est
vera bene intellecta:nam in seruitutis constitutione
ille,qui eā cōstituit semper remanet obligatus parti:
vt.j.e.l.pe.& no.in.l.corruptionē.C.de vsufru. Sed qa
tempus nō est modus tollendę,vel inducēdę obliga-
tionis:ideo hæc seruitus in qua semper est obligatio
personalis,nō pōt cōstitui ex tpe,vel ad tp̃s.Sed tunc
4 vltrà†quęramus,quæ est ratio istorum ? Iurisconsul-
tus in.l.obligationum ferè.§.placet . videtur ponere
duas rationes. Vnā ꝙ certi sunt modi constituti ad
tollendas obligationes,inter quos nō est tēpus. Aliā
rōnē videt̃ ponere:quia sicut naturaliter ædificium
cedit solo:nec facere pōt qs,ꝙ superficies non cedat
solo:ita naturaliter obligatiōes sunt ꝑpetuę. ¶Mo-
a do habemus videre istā naturalitatē.[a] Rñ.obligatio-
nes sunt infixę ossibus nostris,adeo,vt à nobis sepa-
rari non possint:sicut character quidam:vt gloss.iij.
infrà pro socio.Qualiter autem character imprime-
tur in anima,cum sit quid merè spirituale,non bene
cadit in intellectu:nisi per exempla characteris cor-
poralis.Ponamus ergo in charactere corporali in-
figendo in corpus , si aliquis vellet cum ferro igni-

a ¶Videre istam na
turalitatē. Vide de
ratione , quare ser-
uitus neq; ad tem-
pus,neq; ex tempo
re constitui potest
& subtiliter.& istis
adde Bart.in.l. ne-
mo pōt.in.ij.parte.
de lega.j.& p Imo.
aliquid in.l.eum q
ita.§.q ita.in fine.ij.
col.de verb.obliga.

to imprimere characterem in corpus alicuius animalis, vel hominis, &
dicere , ꝙ illa impressio incipiet in die futura: non posset:imo statim inci-
pit cum imprimitur de necessitate naturę.Item si quis vellet dicere, impri
mo tibi hoc,vt non duret,nisi hinc ad pascha,non posset:quia de necessita
te durat perpetuò.Et eodem modo,si qs vellet imprimere hanc actionem,
quòd resolueretur in conditionis casualis euentum,non posset.Ita obliga-
tiones,quę imprimunt̃ in personam nostram,licet sint inuisibiles,non pos-
sunt imprimi ex tempore,neq; ad tempus,nec sub conditione extinctiua:
neq; ad certam cōditionē.Eodē modo,nec seruitus prędialis.Primò per eā-
dē rationem:quia ei inest obligatio ꝑsonalis. Secūdò quia per eā imprimit̃
quędam qualitas p̃dio dñanti,& etiam prædio seruiēti , vt dixi.s.l.proxi. &
s.l.j.Dices tu eadem ratione non poterit constitui sub cōditione,ex qua in-
cipiat,cuius contrariū dixi.s.Rñd.ꝙ sub conditione non constituitur, imo
conditionem differt.insti.de verbo.obli.§.sub conditione. Vnde character
ille non imprimit̃ bene:ergo potest differri , donec imprimat̃ , sed qui con-
stituit ex die,vel ad diem statim imprimit,& cedit dies , vt.l.cedere diē.j.de
5 verb.sig.¶Ex prędictis†apparet,quæ est ratio ꝙ dñium pōt transferri ad
tp̃s,ita ꝙ dñium recedat ex tpe,vt.l.fi.C.de leg.licet secus in obligatione , vt
l.nemo pōt.j.de leg.j.& in.d.§.placet.quia dñium non est affixum ossibus
nostris:& ideo potest separari à nobis & transferri in alium simpliciter,vt.l.
6 traditionibus.C.de pact.l.iij.j.pro socio.¶Quęro ergo†& reuoco in dubiū,
quid in vsufruc.vtrum possit constitui ex tempore,vel ad tempus, & simi-
lia?gloss.j.huius leg.tenet , ꝙ sit idem in.l.iiij.s.de vsufru.Contrarium tenet
glo.in.l.obligationum ferè.§.placet.j.de act.& obli.& respondet ad.l.iiij . de
vsufru.Quod enim ibi dicitur intellige ope exceptionis, non ipso iure : pro
qua facit , quòd etiam in vsufructu semper constituens remanet obligatus
parti.l.iij.§.dare.s.de vsufru.& no.C.de vsufru.l.corruptionem.Sed obliga-
tio personalis nō potest constitui ex tempore vel ad tempus &c.ergo neq;
vsufru.Quid dicemus?teneo,quòd vsufr.possit ipso iure constitui, & ad tē-
pus,& ex tempore:& sic differt à seruitutibus realibus.text.est in.l.cū vsu-
7 fru.j.de vsufru.leg.¶Videamus,†quæ est ratio?quidam dicunt,ꝙ ratio est:
quia seruitutes prædiorum debent esse perpetuę,non vsufr.vt hic in fi.glo.
mag.nihil ad propositum.Alij dicunt vsumfr recipere diuisionem realem:
ergo diuisionem in tempore eadem ratione.Secus in seruitutibus realibus.
Truffæ sunt.Ratio est illa quam.s.tetigi:quia vsufru.est pars dominij:ideo
non inhęret ossibus nostris.& potest à nobis separari ex tempore:sicut do-
minium,vt.d.l.iiij.&.v.de vsufru.Et si dicas saltem ista est obligatio perso-
nalis,quæ ossibus nostris inhæret.Rñ.quòd illa obligatio personalis nō ex-
tinguitur tempore:ita quòd tempus sit immediata causa extinguendi illam
obligationem.Tempore enim perit ius vsufru.quo perempto obligatio ex-
tinguitur:sicut semper extinguitur obligatio perempta re,quę in obligatio-
nem deducitur absque culpa debitoris:vnde rei peremptione extinguitur
obligatio,non tempore.Item dices tu:vsufru.est seruitus,& licet non inhæ-
reat ossibus vsufructuarij:tamen ipsi prædio imprimit quandam qualita-
tem,seu quendam characterem.sicut dixi.s.de ser.prædio.Rñ.non est verū.
Nam seruitus est quædam qualitas ipsius fundi : propter hanc enim serui-
tutem fundus dominans est melior,& iste est deterior.Vsufructus non est
qualitas prædij:quia talis est fundus,in quo alteri debetur vsufructus:sicut
si nemini deberetur.sed per vsumfructum diminuitur ius dominij,non fun-
di : & sic nec in persona , nec in fundo imprimitur qualitas, quæ possit.dici
character , qui insit ossibus.¶Sed dices tu.si hæc sunt vera : ergo sequitur
quòd nunquàm seruitus extinguetur ipso iure. quod est contra titu.infrà
quemadmo . ser.amit.Respond.vt dixi character , vel signum non potest
imprimi,vt duret ad tempus,sed bene est possibile , quòd ipsa natura illud
signum consumet in tempore,non autem tempus ipsum per se,vel volun-
tas imprimentis:Ita eodem modo lex ipsa per suos modos consumit serui-
tutem in tempore,& alias obligationes.Sunt enim modi tollendarum obli
gationum:vt instit.quib.mod.tolli.obliga.Item dices tu:secundum hoc pa-
cto contrahentium nunquàm posset remitti seruitus . quod est contra.l.ad
certam.infrà eod.&.l.seruitutes.§.seruitus.infrà eodem.Respond . sicut per
aliquid,quod tu faceres in illo instanti , quo signum imprimis, non posses
facere signum extingui ex tempore:sed ex postfacto posses adhibere me-
dicamenta , propter quod signum extingueretur : ita per id quod adijcitur
in ipsa seruitute,vel in obligatione eius,non potest fieri, quòd extinguatur
ex tempore:sed ex postfacto bene potest remitti.Ita loquuntur contraria.
¶Sumus expediti de prima lec.Secundo modo legitur istud prin.in gloss.
vt dicatur sic.seruitus non potest constitui sub conditione , vel in diem : &
si apponatur reijcitur,& remanet constitutio pura.hoc dicit , secundùm se-
cundam lectu.Istam lect.reprobat gl.quia nihil est tam conueniens quàm
pacta seruari.Adde aliam rationem : quia licet conditio apposita impossi-
bilis remoueatur de vltimis voluntatibus , non tamen remouetur de dispo-
sitione inter viuos:vt.l.non solum.de actio.& oblig.&.l.impossibilis.de ver-
bo.obliga.Quidam Moder.vt Nico.de ma.legunt istam.l.alio modo sic.
Quidam sunt actus legitimi,qui non recipiunt diem , neque conditionem:
vt.l.actus legitimi.infrà de reg.iu.Similiter & filiatio,vt.l.si tibi.aliâs incipit,
quæsitum.s.de adoptio.& in illis appositio diei,vel conditionis vitiat actū.
Item in seruitutibus appositio diei, vel conditionis , vitiat seruitutem ipso
iure.Sed tamen ope exceptionis,hoc est replicationis , de æquitate succur-
retur vendicanti seruitutem.Ista lect.non placet : quia text.loquitur quòd
succurritur contra vendicantem,non ipsi vendicanti.Teneas ergo lect.glo.

Modum. ¶ Seruitutes & earũ vsus pñt modificari in ipsa cõstitutione, licet nõ extingui. h.d. ¶ Quero qd vult dicere non ad tpis cãm? Rñ. q.d. non facit seruitutẽ tpe finiri, & tpe incipere: sed tota est vna seruitus sic modificata. Sicut em̃ in impressione signi, vel characteris corporalis, in ipsa ĩpressiõe nõ põt fieri, qđ extinguať tpe: sed ipe character põt modificari, vt sit maius: ita vel minus in constõne seruitutis non potest opponi aliquid extinctiuum ipsius, sed aliquid modificatiuũ.

Via iter. ¶ Seruitus prædialis potest constitui eisdem modis, quibus personalis. h.d.

Vt pomum. Non põt ĩponi seruitus p̃dio, q̃ nõ respicit vtilitatẽ alterius prædiȷ. h.d. ¶ Quero rõnẽ. Gl. ponit vnã & reprobat. Finaliter dicit: rõ est: quia seruitus p̃dialis reqrit p̃diũ, cui seruiať. qđ hic non est: vt. l. j. j. cõia p̃di. cũ ergo nõ respicit vtilitatẽ p̃dij, sed delectationẽ personę, seruitus p̃dialis dici non põt. ¶ Sed quęriť an hoc sit seruit⁹ p̃sonalis? Quidã, vt Hug. antiquus gl. dicit, ꝙ est personalis. Glo. dicit ꝙ nõ est p̃sonalis, sed est quoddã pactum. Cy. C. de vsufr. sup rub. tenet opi. Hugo. Ego semp teneo opi. gl. vt plenè examinaui in. l. Mela. §. fi. de ali. & cib. le. vbi vř casus. Facit qđ no. in. l. pecoris. j. de ser. ru. p̃dio. facit. l. pe. j. de ser. leg. ¶ Dices tu: quare cũ cõstituať vsus, & vsusfructus, q est seruit⁹ personalis, non põt constitui hæc seruit⁹,
a vt spatiari, & cœnare liceat. Rñ. vt dixi [a] heri in. l. seruitutes. s. eo. seruitus vsus, & vsusfru. de iure dñij plenè diminuit, qđ cõponiť ex ꝓprietate, & vsufru. Vñ qcqd habet diminuere de fructib⁹, & cõcedere alij, põt dici seruit⁹ p̃sonalis: sed ire, & spatiari, & cœnare in loco, nõ diminuit de fructib⁹ vt alteri acquirať: & sic nõ est seruit⁹ personalis, nec p̃dialis: quia nõ fit ad vtilitatẽ alterius prædij: sed est quędã obligatio personalis: vt patiaris me sic facere. Ista verò, vt mihi pomũ decerpere liceat, posset forsan concedi, ꝙ esset seruitus personalis, cũ habeam vsum, vel vsumfru. arborũ. Vtilitas huius inuestigationis est: quia si est seruitus, potero agere cõtra quęcunq; posidentẽ. si est obligatio personalis tantũ, nõ possem agere, nisi contra eum, qui promisit: vt. j. de consti. pec. l. fi. & de contrahen. emp. l. fi. §. fi.

Si prædium. ¶ Pro parte seruitus retinetur, licet ab initio pro parte non constituatur. h.d. & istum. §. examinabo statim in. l. pro parte. in fi. j. eo.

SVMMARIVM.

1 *Seruitus est tota in toto: & tota in qualibet parte totius.*
2 *Res quæuis est diuisibilis in infinitas partes.*
3 *Verba debent ciuiliter intelligi.*
4 *Variatio non permittitur electione facta.*
5 *Dominus prædij seruientis põt petere, quòd uia mutetur sine incommodo prædij dominantis.*

b Sicui. ¶ Verba cõtract⁹ debẽt ciuiliter intelligi. [b] Et q semel locũ eligit, variare nõ põt. h.d. Vel sic, ius seruitutis respicit fundũ, & quãlibet p tẽ ei⁹. Idẽ in ei⁹ vsu ab initio: sed cũ p certũ locũ cœperit vti, nõ poterit posteà variare. h.d.
1 ¶ No. primò † ꝙ ius seruitutis respicit quãlibet partẽ fundi. & sic est tota in toto, & tota in qualibet p te toti⁹: vt. l. via cõstitui. j. ti. ij. sicut dicũt philo-
2 sophi, & theologi de aĩa hoĩs. ¶ Secũdò no. † ꝙ res quęlibet est diuisibilis & in infinitas partes: & ibi ĩfinitę &c. & ẽt philosophi hoc dicũt. ¶ Tertiò
3 † no. [c] ꝙ verba debent intelligi ciuiliter. facit. j. ad exhi. l. pe. ¶ Vltimò no.
c † ꝙ postq; quis elegerit, nõ licet variare. cõcor. sunt in gl. ¶ Op. j. de ser. ru.
4 p̃di. l. si via. sol. vt ibi. ¶ Opp. j. ti. j. l. si seruitus. glo. nõ sol. ibi soluã. ¶ Op. s. de vsu & ha. l. diuus. §. licet. Sol. aliud in seruitute vsus, quæ respicit commoditatem personę. si igitur cõmoditas personę variatur: ideò vsus potest
5 variari. ¶ Op. j. de relig. l. ij. §. pe. Sol. gl. optimè, † quã tene menti: licet ille,
d cui debetur seruitus, non posit mutare [d] viã: tñ dñs prædij seruientis potest petere, vt mutetur sine incõmodo prædij dominantis: vt in cõtrario.

Sriter. ¶ Licet in prædio seruiente ędificare, vt commodè quis possit vti seruitute. h.d.

Pro parte. ¶ Seruitus nõ põt acqri ꝓ parte: & actus nõ perfect⁹ vitiať, si deueniť ad eũ casum, à quo non potuit inchoari. h.d. ¶ Oppo. s. e. l. vt pomũ §. j. vbi alienatio partis nõ extinguit seruitutẽ. Sol. ibi actus erat perfectus, & cõsummatus: quia seruit⁹ erat iam cõstituta. Hic verò nõ erat act⁹ perfectus: quia seruitus erat promissa tm̃, non constituta. ita sentit glos. hic & Dy. in. c. actus legitimi. extrà de re. iur. li. vj. & l. si sub vna. §. j. j. de verb. obli. ¶ Sed tũc opp. si dicis viã cõstitutã: ergo via ꝓ pte extinguiť redimẽdo partẽ prędij seruiẽtis, vel dominantis, cum res ꝓpria nemini seruiat: vt l. j. quẽadmo. ser. amit. Quod est cõtra hãc leg. in fi. Glo. dicit fateor, ꝙ via potest amitti, seu adimi tacitè. Hoc nõ puto verũ: qa seruit⁹ nullo mõ põt diuidi cũ sit indiuidua: vt. l. j. §. si vsusfru. ad leg. fal. ¶ Dicit ergo, qđ tota
e seruitus retineť [e] rõne partis. Et si dicať res, q̃ est propria non põt seruire. Rñ. res q̃ est ꝓpria ꝓ solido nõ põt seruire. Sed res in qua quis habet partem ꝓ indiuiso, tota põt seruire: & ꝓ toto retinetur seruitus, licet constitui nõ posit, vt. d. §. si p̃diũ. Et sic illud, qđ ibi dicit ꝓ parte retinetur seruit⁹, hoc est, occasione partis, q̃ est alterius, retineť seruit⁹ tota. Aliud enim est dicere ꝓ parte retineť seruit⁹, qđ significat totã seruitutẽ durare: aliud est dicere pro parte seruitutis: & hoc nec hic, nec ibi reperitur.

Non dubito. ¶ Fundo ciuitatis potest acquiri seruitus. hoc dicit.

a ¶ Rñdeo, vt dixi. Adde Bal. post Cy. in rub. C. de vsufru. & qd si sum obligatus dare ecclesię in signũ subiectionis, vel fidelitatis. x. annua? dic ꝙ dicať quasi seruitus, secundũ Bal. in. l. ij. in. ix. col. C. de ser. & hic adde Bar. in l. pe. in. iiij. col. C. de condi. inser. vbi q̃rit, an sit seruitus, si cõcessi tibi facultatem coquendi panem in furno meo. & quid si concessi, ꝙ posis transire per pontẽ sine gabella: & quid de iure colligendi pedagium. Adde an ius colligẽdi pedagiũ & faciẽdi pontẽ, sit seruitus. Bal. consi. lxv. j. lib.

Si tam angusti. ¶ In seruitutibus realibus, si nõ valet qđ ago, vt ago: valet vt valere p̃t. h.d. Materiã istã Cy. ponit. in. l. nõ codicillum. C. de testa. Ego posui plenè. in. l. j. §. si qs ita. j. de ver. obli.

SVMMARIVM.

1 *Seruitutes non censentur per se, sed accedunt rei corporali.*
2 *Incorporalis est: ergo nõ præscribitur. ualet cõsequentia.*
3 *Iudicia possessoria dantur pro seruitute etiam non habente causam continuam, quæ quasi poßidetur.*
4 *Seruitus, quæ non habet causam continuam, licet non acquiratur tempore, tamen sufficit, si allego titulum, quem probo ex ususcapione longi temporis.*
5 *Bonafides ad præscriptionẽ seruitutis sufficit. Ratio quare in præscriptione rerum corporalium requiritur titulus & bonafides: & in præscriptione incorporalium sufficit bona fides.*
Seruituti præscribendæ requiritur scientia domini fundi, contra quem præscribitur.
6 *Ratio quare in præscriptione rerum, non requiritur scientia domini, cõtra quẽ præscribitur: sicut in præscriptione seruitutis.*

f Seruitutes. ¶ Incorpalia, quæ non habẽt causam cõtinuam, nõ vsucapiunť. [f] h.d. Vel sic, incorporalia non habentia causam con- c tinuã, non possunt p̃scribi. h.d. & subtilis est. ¶ No.
1 ꝙ seruitutes sint incorporales. ¶ No. † ꝙ seruitutes nõ censenť per se, sed accedunt rei corporali. & sic est quædam qualitas: vt dixi. s. eo. l. j. ¶ Not. ꝙ nihil 1
g impedit [g] incorporalia accedere rei corporali. ¶ No. etiam ꝙ incorporalia non præscribuntur. & hoc in
2 prima parte. Prò huius declaratiõe q̃ro, † vnde veniat ista cõsequentia incorporalis est: ergo non pręscribiť. Rñ. incorporalia non posidenť: vt. l. seruus. §. incorporales. j. de acq. re. do. Sed sine possessione non procedit pręscriptio: vt. l. sine possessione. j. de vsusca. ergo bene sequitur, quòd incorporalia non pręscribunť. ¶ Sed cõtrà. imo incorporalia posidẽtur, vt. l. regulariter. s. de peti. heredi. j. cõmunia prędio. l. ij. Respond. non posidentur propriè. sed quasi posidentur. ¶ Oppo. & videtur quòd seruitus pręscribatur: vt. l. si aliena. §. j. de vsuscapio. Solu. seruitus non præscribiť, sed præscribitur res cũ omnibus qualitatibus suis: & sic seruitus quam habebat. ¶ Venio ad secundam partem ibi, vel ideo &c. Dicitur hic, quòd seruitus non habet causam continuam. Contrà: quia secundùm hoc non darentur iudicia possessoria. quod est contra totum tit. de iti.
3 actúq; priua. Respon. & dico, † ꝙ quasi posidentur, e propter qđ dantur possessoria iudicia: vt in contrarijs: non autem continuè: vt hic secundũ gl. & bene. ¶ Opp. C. eo. l. ij. Huius timore gloss. distinguit hic plenè: vt habes in ea. & eodem modo distinguit in l. j. in fi. de aqua plu. arcẽ. vbi ego examinaui plenè. f dic vt ibi. & doc. in. d. l. ij. C. eo. ¶ Diciť hic in fin. & idẽ in prędijs vrbanis. quero de quib⁹ p̃dijs vrbanis intelligitur? Respon. debes scire, ꝙ ędificia, seu prędia vrbana, non loco, sed gñe distinguntur: vt. j. de ver. sig. l. vrbana familia: vt. l. vrbana p̃di. & l. fundi. ¶ Modo quædam sunt ædificia habitandi gratia, & illa dicuntur vrbana: & de his loquitur hic. Quæ- g dam sunt, quę non sunt habitandi gratia: de quibus loquitur. l. eo. iure. §. stabula. j. in quib. cau. pignus taci. contra. & illa dicũtur rustica. & de his non loquitur iste finis. ¶ Diciť hic, vsucapiuntur. Cõtrà, imo p̃scribunť spacio. x. vel. xx. ann. vel tempore cuius non extat memoria: quare malè. Solu. olim nomen vsuscapionis erat commune ad vsuscapionẽ. & pręscri. vt patet in diffinitione. j. de vsusc ap. l. iij. & l. cũ
* qui ędes. sed per Iustinianum est attributa vsuscapio rebus mobilibus: p̃scriptio rebus immobilibus:
4 vt. C. de vsuscap. trans. l. j. ¶ Vltimò glos. † hic in fi. dicit vnũ, ꝙ licet seruitus nõ habeat cãm continuã,

ſecundū iſtam. ¶ No. ex hac lege, quòd ad certificandum hominem ſufficit dicere nomē propriū: niſi ſint plures eiuſdē nominis: & tunc de neceſsitate recurritur ad alias demonſtrationes. Et ideo ſit cautus aduocatus rei, quòd faciat poſitionem, ꝙ ſint plures eiuſdē nominis: aliâs in dubio intelligitur de ſuo clietulo, qui illud nomen habebat: & idem in villis & caſtris. & per hoc. j. de iure fiſc. l. ita fidei. ¶ Item oppo. de. §. curare. inſti. de acti. & l. vbi autem. §. illud. j. de verb. obli. Solu. hic loquitur, qn̄ agitur ad ſpeciem certam fictione reali, vel perſonali: ſecus ſi erat debitor in genere, vt in contrario. ¶ Quæro quid ſi iſtę demonſtrationes non ſunt in libello appoſitæ? Reſpondeo, ſi per partem opponitur, non proceditur vltrà: quia deliberari non poteſt, vtrum velit cedere, vel contendere. ſed ſi non opponitur, & in proceſſu non apparet ex probationibus & aliȷs cautionibus, nō ſequetur condemnatio: ſed ſi poſſet apparere ex actibus & probationib⁹: tunc ſequeretur condemnatio. Item not. ꝙ ſufficit, quem nominari à nomine matris. quod no. &c. Bar.

SI is qui ſe. ¶ Solutio æſtimationis facta à non poſſeſſore, non liberat poſſeſſorem. h. d. de quo dic, vt. l. nec vllam. aliâs. l. etiā. §. penult. de peti. hære.

POmponius. ¶ Si res pro indiuiſo poſsideať à ſocio, & ab alio: aliū tantū conueniam: ſi pro diuiſo, vtrunq; pro rata cōueniam. ¶ No. ꝙ res mobilis non poteſt poſsideri ꝓ diuiſo. ad quod. l. arbor. j. commu. diu. quod no. & bene.

OFficium. ¶ Hęc actio datur contra eum q̄ poſsidet, vel eſt in poſſeſsione cā cuſtodię, vel aliter poſsidet. h. d. ¶ Op. ille, qui poſsidet titulo, non tenetur ad reſtitutionem, vt. l. regulariter. de peti. hæ. So. aliud in petitione hæreditatis: aliud in rei vēdicatione. ¶ Item oppon. ꝙ iſta litera innuit, quòd poſtq̄; actor probauit, reus poteſt ſuas exceptiones proponere: & ſic innuit, ꝙ reus poſt didicita teſtificata poſsit teſtes producere: contrà in authen. de teſti. §. quia verô. Sol. vt in gl. Tu dic & melius, ꝙ illa authē. loquitur, quòd poſt didicita teſtificata non poſſunt teſtes produci: ſcilicet ſuper eiſdem articulis. ſed hic producebantur noui articuli ſeparati totaliter ab his, ſuper quibus teſtes erant examinati. ¶ Item opponi. in corpore de depoſito. §. j. Solut. vt in gloſſ. ¶ Quæro vtrum conuentus pro re immobili, poſsit nominare dominum in iudicio? & gloſſ. quòd ſic, vt in. l. ij. C. vbi in rem acti.

SI res mobilis. ¶ Bonæfidei poſſeſſor debet rem reſtituere, vbi eſt, vel vbi petitur ſumptibus petitoris: malæfidei poſſeſſor, vbi inuenitur, vel ibi petitur ſumptibus ſuis. h. d. cum duabus leg. ſeq. Et prima lex loquitur, quando eligit bonæfidei poſſeſſor. Secunda quando eligit petitor. Tertia loquitur in malæfidei poſſeſſore.

NOn ſolum. ¶ Opp. hæc lex nō procedit in bonæfidei poſſeſſore cui negligentia non poteſt obȷci, vt. l. ſi quid poſſeſſor. §. ſicut. de peti. hæred. nec in malæfidei poſſeſſore: qa ſibi non cauetur. Solu. vt in gloſ. & optimè. Petr. dicit, quòd hæc lex poteſt intelligi in bonæfidei poſſeſſore. Nec obſtat. l. ſi quid poſſeſſor. §. ſicut. quia quædam eſt culpa in negligendo: & de illa non tenetur, vt ibi. quædam eſt in faciendo: & de illa tenetur. quod apparet in. l. aquil. ſed certè licet in leg. aqui. dicat verum: tamen hoc venit officio iudicis, quod huic actioni deſeruit. ¶ Itē oppon. quòd hęc actio ſit ſuperflua cum reo eſſet per officium iudicis conſultum. dicit gloſſ. Imo eſt vtilis propter expenſas, quæ poſſunt peti iure actionis, quæ ante poterat peti per officium iudicis mercenarium. ¶ Not. iſtam gloſſ. per quam dicunt docto. quòd ſi ſtatuto cauetur, ꝙ victus victori condemnetur in expenſis: quod ſi condemnatio in expenſis fuerit omiſſa tempore ſententię: tunc poſsit victor petere condictione ex illo ſtatuto, vt operetur illud, quod prius officio iudicis veniebat: nunc iure actionis veniat. Pro quo optimè. l. iij. §. ſi rem. infrà de leg. iij. & quæ ibi dixi.

ITem ſi verberatum.

Si quis rem. ¶ Si rem de neceſsitate diſtraxit, tenetur ſolū ad pretium quod recipit. h. d. ¶ No. ꝙ Princeps poteſt auferre ius meū, & dare alteri. dixi in. l. Antiochenſium. j. de priui. credi.

Si ſeruus. ¶ Poſſeſſor, qui non eſt totaliter malæfidei, non tenetur de interitu, ſi res eſſet eodem modo peritura penes actorem. Item re perempta neceſſaria eſt ſententia propter acceſsiones & ſtipulationes de euictione. hoc dicit cum. l. ſeq. ¶ Ad quod oppon. quòd indiſtinctè periculum pertineat ad malęfidei poſſeſſorem, vt. l. illud. s̄. de peti. hæredit. Huius timore ſunt duę gloſſ. Prima, quę eſt noua ſuper verb. demortuum, & vltima glo. antiqua ſuper ver. moram. In prima legitur iſte. §. tribus modis. & multum not. Nam aut poſſeſſor fuit ab initio malęfidei, & durauit: & tenetur de periculo, vt. d. l. illud. niſi habuerit iuſtam cauſam litigandi, vt quia non credebat rem eſſe petentis, vel propter impenſas. Quam leg. not. multum, quòd malæfidei poſſeſſor tenetur de interitu, ſcilicet reſpectu eius, cuius reſpectu eſt malęfidei poſſeſſor: aliȷ non, vt. l. fulcinius. §. quod ſi aduerſus. j̄. ex quib. cau. in poſſ. eať. ¶ Item not. ꝙ quando retinet propter impenſas, non tenetur indiſtinctè de interitu. ¶ Item legitur ſecundo modo in eo, qui fuit ab initio bonæfidei & durauit: iſte non tenetur indiſtinctè de interitu, niſi poſſet imputari culpa: quare non credit rem eſſe petentis: tūc enim tenetur de interitu, ſecundùm diſtinctionem huius. §. ¶ Not. quòd illud quod dicitur: bonæfidei poſſeſſor, qui habet iuſtam cauſam litigandi, non tenetur de interitu: debet intelligi de tali cauſa, quæ non cadit in culpam. Sed gloſſ. magna hic indiſtinctè dicit non teneri de interitu: ſed iſta glo. poteſt ſatis ſuſtineri: cum poſt litem conteſtatam bonæfidei poſſeſſor teneatur de culpa: vt. j̄. l. proxi. §. j. aliâs. ij. ¶ Tertio modo legitur in eo qui ab initio fuit bonæfidei, poſteà cœpit eſſe malæfidei: tunc enim propter bonamfidem, quam habuit ab initio, non tenetur indiſtinctè de periculo: ſed adhibetur diſtinctio, aut erat eodem modo peritura penes dominum, aut non: & iſta tenetur in gloſſ. mag. circa medium. ¶ Opp. quòd poſt li. conte. ſemper dicatur malæfidei: vt. l. ſed & ſi lege. §. ſinautem. de peti. hære. Sol. verum eſt quantum ad fructus, non quantū ad interitū. dixi rationē in l. illud. de peti. hęre. ¶ Item opp. quòd ad moroſum ſemper pertinet periculum interitus: vt. l. quod te. j̄. ſi cert. pet. Sol. aut loquimur in reali: & habet locum diſtinctio huius. §. ſecūdùm lect. precedentem. Aut loquimur in perſonali: & tunc an debeat adhiberi iſta diſtinctio: an res ſit eodem modo peritura penes petitorē vel non, dixi in. d. l. quod te. j̄. ſi cer. pet.

VTique. ¶ Opp. ad iſtam leg. fructus & partus veniunt per officiū iudicis mercenarium: ergo re perempta, nō durat officium. vt. l. iiij. C. depo. l. centum Capuę. j̄. de eo, quod cer. loc. Solu. hic res perȷt poſt litem conteſta. & ſic officium iudicis erat iam corroboratum: vt perempta re principali non corrumpantur acceſsiones. quod no. Itē opp. hic innuitur, quòd ſtipulatio de euictione non committitur, niſi lata ſententia contra. l. emptorem. in princi. j̄. de actio. emp. Sol. vt ibi not. & l. at qui natura. §. cum me. s̄. de neg. geſt. ¶ Item quæro quid ſi actor nollet ferri ſententiam: an fertur ad petitionem rei? Gloſſ. dubitat. dico indiſtinctè quòd ſic: vt. l. properandum. §. & ſi quidem. C. de iudic. ¶ Item quæro qualiter formabitur hoc caſu ſententia? Reſpondeo propter ceſsiones & partus, eſt clarum propter ſtipulationē de euictione, propter acceſsiones. glo. ponit plures modos.

Culpa. ¶ Non eſt in culpa, ſi quis vtatur re ad eū vſum, ad quem eſt deſtinata. h. d.

Iulianus ſcribit.

SI hominem. ¶ Iſta lex legitur duobus modis. ſecundùm primam lec. breuiter hoc intendit. Poſſeſſor tenetur de facto eius, cui vendidit, ſicut de ſuo. hoc dicit. ¶ Oppon. ꝙ imo teneatur ad rem, vt. l. ſi ſeruum. §. j. j. de verbo. obli. Solu. fateor quòd res venit in petitione: & pretium tantū veniet in executione: quod intellige de pretio vero. Sed ſecundùm aliam lec. breuiter hoc intēdit. Re perempta in ſubſidium, tenetur ad pretium poſſeſſor actione negotiorum geſtorum: licet non habuerit titulum lucratiuum, ſi ei contra pertinentem poterit eſſe conſultū. h. d. ¶ Opp. qui habuit titulū oneroſum, nō tenetur actione neg. geſt. ſol. hoc ideo: quia ceditur actio leg. aquil. per quam recuperabit æſtimationem ab occidente.

Item Iulianus. ¶ Re perempta poſt moram tenetur poſſeſſor ad fructus & ad cæteras acceſsiones. h. d.

SI poſt. ¶ Si pendente lite ius actoris perimitur abſque facto ſuo, ex facto rei peruenitur ad condemnationem, ac ſi peremptum nō eſſet; & cautiones in inuicem non pręſtabuntur. h. d. ¶ Et propter hanc leg. debes eſſe cautus, quòd ita formentur articuli, quòd concludant completam vſuſcapionem ante litem conteſtatam. dixi in. l. Celſus. j̄. de vſuſcapi. & debet dicere articulus, poſſedit à. x. an. citra &c. & per dictum tempus. ¶ Item oppon. de. l. ſi pupilli. §. fina. de negoti. geſtis. Sed hic actor non habet actionem re vſucapta: ergo &c. Solut. dicebat Bul. non habet directam, ſed vtilem. Aliȷ dicunt, quod hic eſt caſus ſpecialis.

Cc iiij

Glo. tenet primam, secundùm quod est casus illius quęstionis, quod si pendente iudicio mutatur actio directa in vtilem, ꝙ sequitur condemnatio ex eadem instãtia. de qua dixi in rub. s. eodem titulo. plenè in. l. ꝗꝗ. j. de aqua plu. arcen. Quicquid tamen sit, reperimus actorem non habere dominium: & tamen vendicat: & sic non est solutum contrarium. Solu. vt apparet in summario in quo dixi: vbicunq; ius perimitur absq; facto actoris culpa rei: perinde peruenitur ad sententiam, ac si ius peremptum esset. Ex quo habes, quòd exceptio superueniens post lit. contesta. culpa rei non potest opponi. hunc articulum plenè examinaui in. l. j. j. de except. ¶ Item oppon. quòd post lit. contest. non posit impleri præscriptio, vt. l. fin. de pręscrip. xxx. an. Sol. hic loquitur de vsucapione triennij, quę est fauorabilis. & non interrumpitur per lit. contest. ipso iure, sed in effectu. quod no.

PRæterea restituere. ¶ Quicqd seruus petitus lucratus est, vel ex eo natum est, venit in restitutione. h. d. ¶ Vides, quòd res petita pendente lite potest effici possessoris. hic est quędam gl. magna, quæ non valet vnum obolum: quia refert se ad legem istam: quia non loquitur in possessore per vsucapionem facto domino: & sic non continuatur ad pręcedentia: meritò ipsi acquiritur ex re & ex opera: & potest iubere adire.

SIa bonæfidei. ¶ Re perdita, vel perẽpta post litem contest. non tenetur possessor, si ei culpa, vel dolus imputari non posit. h. d. quod no.

INrem actio. ¶ Opp. j. ti. j. l. j. & . ij. titu. ij. per totum. Solut. hic loquitur de rei vendi. directa: ibi de publiciana, vel vtili in rem. Item oppo. C. eo. l. doce. Sol. ibi in muliere, quę non habebat dominium: licet Mar. dixerit contrarium, vt plenè not. C. de iure dot. l. in rebus. Item quęritur, qui sunt modi, quibus acquiritur dominium de iure gentium. text. ponit multos modos, j. de acqui. re. do. in. l. j. Modi autem quibus acquiruntur de iure ciuili, sunt quasi hi, scilicet per vsusca. vt. l. traditionibus. C. de pac. Item hęreditatis aditione, vt. l. cum heredes. j. de acqui. pos. testamento. vt in legatis. C. communia de leg. l. j. & . ij. cum similibus. Ingressu monasterij, vt in authen. ingressi. C. de sac. san. ec. Item monachatione & similibus. Item arrogatione, vt instit. de acquiren. per arrogationem. Item in multis alijs, per legis dispositionem, vt. l. si quis in tantam. & . l. meminerint. C. vnde vi. & . l. fi. C. de sac. san. eccle.

Loca. ¶ Quę in nullius bonis sunt vendicari nõ possunt. hoc dicit. ¶ Opp. de. l. sancimus. C. de sac. san. eccle. Gl. ponit hic multas sol. tene illam, scilicet quod non potest vendicari vendicatione directa: sed adiecta causa de iure cano. sic, vt l. j. §. per hanc. s. eo.

Sed & id. ¶ Pars cedit toto: & liquidum cedit arido, si ei vniatur. hoc dicit. ¶ Op. ꝙ ille qui malafide ędificat in alieno, videtur donare, vt insti. de rer. diui. §. ex diuerso. ergo &c. Solu. hic non ædificauit in alieno, sed de alieno in suo. ¶ Item opp. de. l. iij. §. fi. s. eo. Solu. ibi loquitur, quando infectum adiungitur infecto, vt massa massę: vnde non potest dici, quòd vnum sit pars alterius: seu ꝙ vnum accedat alteri. hic verò factum facto. vnde cedit ei, qui tenet locum totius. Et ex hoc gl. subdit vnam distinctionem, quam vide. & no. gl. quę tamen hic dicit vnum. s. factum adiungitur facto: ita quod neutrum est accessio alterius, quod minus cedit maiori: si neutrum est maius, cedit pretiosiori. Contrarium no. in proxi. §. gl. super verbo trahit. sed hęc verior. ¶ Item opp. quòd pictura non cedat tabulis, vt. l. qua ratione. §. literę. j. de acqui. re. do. vbi tex. est de directo cõtra. solu. Dicunt quidã, ꝙ hęc corrigitur per illam, tanq; posteriorẽ: & istam tenet Azo in summa, & . d. Iaco. butr. Tu dic, vt in contrario dixi. ¶ Vltimò dicit gl. quòd hodie semper scriptura trahit ad se chartam: quia pretiosior: sicut pictura trahit ad se tabulam. Istud non placet, vt insti. de rer. di. §. si in aliena. Vnde ratio pretiositatis, nihil ad factum. Vnde ratio est, quam ponit hic Iurisconsultus. s. quia sine eo cui cedit esse nõ potest: vnde liquidum cedit arido. doct. autem dicunt, ꝙ differentia inter literã & picturam est: quia occupat magis pictura chartã, quã facit scriptura.

In omnibus. ¶ Qui vendicat totum repellitur exceptione: nisi restituatur pretium partis adiunctę. h. d.

Item. ¶ Ea quę vni corpori vniuntur, compositione durante vendicari non possunt: nec ea dissoluta, si per ferruminationem fuerunt vnita. Secus si per applumbaturam: sed actione in factum primo domino consuletur: sed in vnione, quę ex separatis corporibus consistit, quilibet suę partis dominus remanet. h. d.

Tignum. ¶ Tignum alienum ędibus iniunctum, nõ potest vendicari, nec peti, quòd separetur: sed actione de tigno iniuncto erit agendum. h. d. Continua sic. dixi de corporibus, quę consistunt vno spiritu: & vna elemẽtatione. Item de corporibus separatis: nunc verò de his, quę consistũt ex diuersis elementationibus & corporibus coniunctis. Sed quęro, an actio de tigno iniuncto, detur indistinctè ad duplum. gl. ꝙ non: nisi contra malæfidei possessorem. l. de eo. de dona. inter vi. & vxo. vide eam. ¶ Item quero quot actiones dentur cõtra malęfidei pos. dicit gl. quòd quinq;. quam vide & no. ¶ Item quęritur vtrũ ille, qui nõ iniunxit, sed tenet iniunctum, teneatur. gl. ꝙ sic. ¶ Item quęritur quid de fabro, qui iniunxit, an teneatur. glo. ꝙ non: si bonafide fecit. Quod no. ad. q. qñ quis accusat laboratores conductos ab alio in possesione aliena, ꝙ non teneantur.

Item si quis ex alienis. ¶ Cęmenta cum domo vnita dominus cęmentorũ vendicare non potest. secus ea dissoluta, & tempore pręscriptionis completo. h. d.

IS qui destinauit. ¶ Consultius est agere possessorio, quàm petitorio. h. d.

IS qui se. ¶ Gloss. hic summat istam leg. cum sequen. & ideo gloss. fit pro summario. Ideo vide eam & signa. Quæro quid si dedi libellum in rei vendica. contra possessorem: & ipse respondet, & lis contesta. est: tamen in nulla parte iudicij fuit interrogatus, an posideret: nec eum posidere apparet: & de dominio meo plenè probaui: an debeat condemnari? Respond. ꝙ non: quia non dicitur quis se offerre defensioni, licet litiget: nisi interrogatus respondeat se posidere: & hoc siue in iudicio siue extrà: dum tamen probetur in iudicium ipsum dixisse se posidere, vt. l. si nautem. in princip. infrà codẽ. Et ideo tunc non condemnaretur, nisi se posidere dixerit. Sed qualiter tunc pronunciabitur? Respondeo rem ad actorem pertinere: & ille absoluetur: quia non posidet, vt est casus in. l. si à te. j. de except. rei iudi. secundùm vnam lectu. ibi.

SInautem.

Posidere. ¶ Non sufficit quem tempore litis contestatę posidere: si ante sententiam absq; culpa posidere desierit. Item sufficit si posidet tempore sententię: licet ante non possederit. h. d. ¶ Opp. de l. j. §. inde. j. depo. Solu. ibi de personali: hic de reali, quę daᵗ propter possesionem: &c. Item oppo. de. l. j. §. si rem. j. depo. Solu. ibi primò dolum commiserat. Item quòd hic dicitur intellige secundum. l. item si verberatum. i n fi. s. eo.

Si homo petitus. ¶ Casus superueniens excusat possessorem à pręcedenti culpa. ¶ Oppo. de. l. vtiq;. s. eo. Solu. intelligas hic hominem petitum ante contest. vel fortè extra iudicium. secus si lis esset contest. & sic officium iudicis esset corroboratum, vt leg. contraria. Barto.

Sed & is qui. ¶ Qui dolo desijt posidere, vt possessor conuenitur. h. d. ¶ Not. quòd argumentatur de petitio. hæredi. ad rei vendi. tamen differunt in multis, vt in glossa. quam vide, & no. Vltimò vides, quòd hic in petitione hęreditatis ille, qui dolo desijt posidere, tenetur directa. quod apparet: quia ex verbis senatusconsulti. sed in rei vendicatione tenetur vtili: quia est ex mente, vt hic. & dixi plenè. s. eod. titu. in rub.

Si per filium. ¶ Si persona per quam quis posidet absit, vel datur dilatio: vel pręstatur cautio de restituenda. h. d.

In re petita. ¶ Vidistis in. l. in rem. vsq; ad. l. is qui se obtulit. quòd locutus est Iurisconsultus, cui detur rei vendi. ab illa. vsq; huc vidistis contra quem detur. Hic incipit tractare quod sit officium iudicis in his quę emergũt in rei ven. & primò loquitur de sumptibus vsq; ad. l. fructus. Et breuiter hoc intendit. Bonęfidei possessor sumptus per doli excep. recuperat. Item expensas factas in ædificando de nouo recuperat: nisi actor sibi deductionem concedat. h. d. ¶ Quęrit gloss. vtrum iste. §. loquatur in bonæfi. pos. & dic quòd loquitur in bonæfi. po. ab initio, & postea fuit in malafide. vel in eo, qui erat bonęfi. tamen erat pauper petitor. vel hic interuenit error: sic apparet, quòd non erat malæfidei.

Sed si puerum. ¶ Expensæ ad rei vtilitatem factę, quæ deductionem non patiũtur, recuperantur à possessore in tribus casibus hic expresis: aliâs secus. h. d. vsq; ad. l. fructus. Materiam de expensis tractat glo. in. l. fundo. j. eo.

Fructus. ¶ Possessor tenetur ad fructus perceptos,& qui percipi potuerunt: & ideo cum desinunt posse percipi absq; sui culpa, abinde desinunt deberi,& cum percipi incipient, abinde incipient deberi.h.d.cum leg.sequen.& princ.sequen. Primò ponit vnum dictum in genere.Secundò vnam illationem, quando fructus desierunt posse percipi culpa possessoris. Tertiò aliã, quando casu.Quartò ponit aliam,quando desierunt facto petitoris posse peti.Secunda ibi,& ideo. Tertia ibi, & hac actione. Quarta ibi,in prin leg.ex diuerso. ¶ Opp.de.l. si fundum.C.eo. Solu.hęc lex debet intelligi in possessore malæfid.qui caret titulo:licet Pe.aliter dicat in.d.l.si fundum. ¶ Secundò oppo.quòd habeatur ratio fructuum perceptorum etiam inhonestè,vt.l.ancillarum.§.de peti.hære.Sol.ibi loquitur de perceptis fructibus, qui veniunt in restitutione siue honestè,siue inhonestè sint percepti:hic loquitur de percipiendis, qui non considerantur, nisi prout honestè poterunt percipi. ¶ Item oppo.dicitur hic, quòd si vsusfructus est alienus, ratio fructuum non habetur.Contrà: quia possessor non potest opponere de iure tertij.l.loci corpus.§.competit.si serui.vendi.Soluti.dicunt quidam,quòd debet intelligi quando agitur contra ipsum fructuarium, vel habentem causam ab eo,qui excepit de iure suo.secus si habet causam ab alio,vel si ageretur contra extraneos,vt in contrario.& istam tenebat Azo. ¶ Alij dicunt,quòd aut loquimur de perceptis:& loquitur opin.Azon.aut de percipiendis: & procedit indistinctè hæc lex.Et ista fuit opin.Iacob.butr.quam teneo & declaro. Quandoque quæritur de perceptis, & ius percipientis non excludit ius agentis:quia nihilominus fructus percepti efficiuntur domini,vt.l.si fur.de vsufruct.Sed quando loquitur de percipiendis:tunc ius tertij esset exclusiuum iuris agentis:quia non honestè fructus essent petentis, scilicet vsusfructus alterius, vt hic in prin.& in.l.si nauis.in fi.j.eo.Ad quod.l.j.§.quod autem. de superfi.& quod tangitur per glo.in.l.indebiti.§.si nummi.j.de condi.inde.& quod dixi.

Ex diuerso. Aliàs,Et ex diuerso.

Si petitor. ¶ Op.& videtur, quòd vsusfructus pertineat ad heredem:quia debet cauere prius vti frui legatarius arbitrio boni viri,vt.l.vxori.de vsufruct.le.quod fateor: quia proprietarius ante habitam cautionem non decessit à proprietate : & text.hic hoc requirit. ¶ Vltimò tangit glo.materiam fructuum, quam vide. & not. quam materiam examinat do.Cy.in.l.certum.C.eo.tit.vide & aliàs dixi super hac lege.

*Vbi autem. ¶ Si actor declaratur dominus, etiam per errorem,debet reus condemnari in fructibus.h.d. ¶ Nota ex hac lege,libellum in rei vendi. scilicet quia peto declarari rem ad me pertinere, & declarari me dominum,& in fructibus reum condemnari. Vidistis in.l.Pomponi⁹.§.sed & is.§.de procuratorib.&.l.ne. vllam.§.de petitio.hæredi. non tamen propter hoc dico,quod non procedat libellus,si quis peteret reum condemnari ad rem.argument.leg.primæ in principio.§.eodem.Ibi enim dicitur, quod illa actio per quam res petitur.& ita formabant antiqui. & ita format Rofred.& Petr. nota in.l.j.§.de edendo. ¶ Vidistis qualiter petatur res.est videndum qualiter petantur fructus. Dico, quod si petuntur condictione furtiua, vel rei vendicatione, vel condictione sine causa, vt habuistis.§.in glossa magna : tunc non possunt peti in eodem libello:cum rei vendicatio sit preiudicialis, vt.l.fundi.&.l.fundum.infrà de excepti. Aut officio iudicis : & tunc sic, vt hic.Etiam hic est aduertendum,quòd si petãtur ante iudicium, debet exprimi quantitas: aliàs per officium iudicis, vt.l.ædiles.§.item sciendum.infrà de ędil.edict. ¶ Item nota, quòd sententia lata errore super principali,facit plenum præiudicium accessoriè, vt hic.& nota in.l.qui Romæ.§.duo fratres.infrà de verbo. obligatio.

Petitor. ¶ Ei,qui soluit lit.æstima. cum possit restituere rem,de euictione cauere non tenetur.hoc dicit. ¶ Sed quæritur.licet cauere non teneatur,an de euictione teneatur?dico sic.vt.l.ij.aliàs.iij.infrà pro empto.Idem Dyn.in.c. pro possessore,extrà de regulis iuris libro.vj.Glossa videtur dicere contrarium in.l.fina.infrà ex quibus causis in possess.eatur. Quod tenebat domi.Iacob.butri.dixi plenè in dicta.l.ij.infrà ꝓ emptore.

Qui petitorio. ¶ Ante litem contestatã debet interrogari re⁹, vtrum posideat,vel dolo desierit posidere.hoc dicit. ¶ Quęro quando debent fieri istę interrogationes? dicunt quidam quòd post litem contestatam. Alij dicunt quòd ante,per.l.qui seruum.j.de interro.actio.Sed vtrũ debeant fieri ante porrectionem libelli, vel post. Azo in summa de petitio.hæredi.videtur tenere,quòd post litem contestatam. Glossa tangit in.l.prima.infrà de interrogatio.actio. & ibi dicam. Dicit tamen glossa.quòd si ante litem contestatam fuit omissa ista interrogatio, quòd poterit interrogari posteà. ¶ Vltimò nota, quòd vbi quis interrogatur de re, quæ delictum suum continet, tenetur respõdere,vt hic.dixi plenè in.l.qui iurasse.§.j.&.l.aliàs. infrà de iureiuran.Sed qualiter probabitur hoc,quòd dolo desierit posidere? Respondeo eoipso, quòd post datũ libellum non posidet,vel dixi me velle dare secundum Dy.in.c.pro possessore.extrà de reg.iur.lib.vj.

Qui in rem. ¶ Si res perijt culpa possessoris, huius nomine condemnatur.hoc dicit. nota. in.l.Fulcinius.§.quid sit latitare &c.j.ex quibus causis in poss.ea. Barto.

Iulianus. ¶ Possessor,qui ab initio fuit bonęfidei, ex postfacto malæfidei, quod edificauit,potest tollere:non expensas doli exceptione retinere.

In fundo. ¶ Primò ponit dictum in genere.Secundò ponit vnum casum, in quo æquitas suggerit deductionem expensarum.Tertiò ponit vnum casum, in quo suggerit expensas deduci. Quartò ponit vnum casum, in quo suggerit expensas non deduci.Secunda ibi,finge primò. Tertia ibi, finge secundò.Quarta ibi, finge tertiò.Breuiter hoc intendit. possessor expensas recuperat à domino, si dominus erat eas facturus, vel rem distracturus, non aliàs:si ex hoc re sua esset cariturus.hoc dicit. ¶ Oppon. dicitur hic consueuisti. & sic videtur loqui de expensis factis causa fructuum:sed in illis possessor habet deductionem,vt.l.fundus.infrà familiæ ercifcun.Solut.si habes consueuisti, dicas,quòd distinctio sequens non refertur ad istum casum.aliàs est in text.conseruisti.& tunc potest adaptari ad sequens ista distinctio.Quod non placet per.l.si fundum. infrà eodem.dicas ergo,quòd sequens distinctio non refertur,nisi ad specificata. ¶ Item oppon. dicitur hic, quòd possessor tenetur restituere expensas:si sunt pares,seu pauciores meliorationes:secus si maiores.& sic admittitur ad petendum id, cuius contrarium non esset postulaturus. Gloss.non soluit. Dic, quando contrariorum eadem est ratio tunc procedit contrarium. secus vbi est dispar ratio,vt hic,&.l.secundum naturam.infrà de regulis iuris.& per Dynum in.c.qui sentit onus.extrà de regulis iuris.libro.vj.Diuersitas rationis apparet:quia ad hoc,vt deductio expensarum fiat : requiritur quòd expensa sit facta,& fundus sit factus locupletior : quia ratio habet locum,quando expensæ excedunt meliorationem.secus si econuerso. ¶ Item oppon. dicitur hic, quòd malitijs non est parcendum : & appellat malitiam hic, quando alteri nocet,& sibi non prodest. Contra.l.fin. infrà quæ in frau.credi. &.l.cum in fundo.de iure do. Solut. in qualibet illarum legum prodest ei.Nam in.l.cum fundo. prodest ei:quia alteri parat commodum.& sic habebit illum obligatum obligatione naturali ad antidora,vt.l.sed & si lege.§.consuluit.de peti.hære.Item in.l.fin.de his, quę in frau.credi.etiam sibi proderat:quia prosequebatur vindictam de iniuria sibi illata. ¶ Vltimò gloss.tractat materiam de expensis. Pro ista materia declaranda dicit gloss.quòd prima diuisio expensarum est: quia alia necessaria,alia vtilis.Quod dic, vt per exempla in.l.j. de impen.& in.l.impensæ.infrà de verbo.significa.&.l.vtiles. de peti.hered.Alia diuisio est impensarum:quia quędam fiunt causa fructuum:quędam ad perpetuam vtilitatem.Item est alia diuisio : quia impensarum quędam sunt in faciendo : quædam in reficiendo, vt.l.iij.de itinere actuque pri.Item gloss. distinguit in bonæfidei & malæfidei possessore.& materiam impensarum gloss.ponit hic, & Cyn.in.l.domum.C.eo. ego plenissimè dixi in hac leg.

Redemptores. ¶ Qui in alieno ędificat ex causa conductionis, facit ędificium domini soli.h.d. ¶ Oppo.ꝙ ex causa locationis non solet transferri dominium, vt.l.non solet.j.loca.Sol.gl.speciale hic. Tu dic,quòd non transit ex causa locationis,sed quia ædificium solo cedit.

Iulianus. ¶ Aliàs lex ista incipit, mulierē. Aliàs est.§. Creditor, qui habet ius pignoris.quod excluditur ius vendendi, non habet.hoc dicit.

Si quis. ¶ Existente conditione pacti adiectionis in diem, emptor ipso iure desijt esse dominus:& ideo non poterit vendicare. hoc dicit. ¶ Quæro,quę est differentia inter primum casum, & secundum. Glossa dicit, quòd primus loquitur de re

* ¶ Pro concordia. Aduerte qđ Bart. allegat̃ ꝓ do.Iaso. in.§.omniũ.istit.de act.not.in.l.j.C. de exe. rei iud. voluit ꝙ libellus nõ ꝓcedit,ĩ quo solũ petit̃ cogi & cõpelli a ldãdũ,nõ apponendo vbũ, condẽnari. Nã si apponeret̃ illud vbũ cõdẽnari, licet ꝑposterè non vitiaret. Contrariũ tñ asignat̃ ꝑ eũdẽ. do.Ia.& dicit ꝙ cõtrariũ sentit idem Bar.post antiquos in hac.l.ex diuerso. c.j. Tu dic ꝙ non meret̃ allegari cõtrari⁹. & si bñ cõsideret̃ Bar.idẽ dixit in hoc.§.j.qđ dixit in.d.l.j.qa ĩ hoc.§.j. voluit qđ apponi debeat vbũ condẽnari, dũ dicit Bar.ĩ illis vbis, peto rem declarari ad me ptinere. Nã illa declaratio nihil aliud est, ꝙ̃ condemnatio,vt sentit tex.ĩ.d.§.j.in illa ĩplicatiua etiã si &c. Et sic saltẽ ꝑ æqpollẽs cõdẽnat. Nã eoipso,ꝙ declarat rẽ ad me ptinere:videt̃ te cõdẽnare ad rẽ mihi restituẽdã. Vel etiã põt intelligi Bar.prout etiã pt ĩtelligi text. ibi.s. qđ facta illa declaratiõe, non tñ negat̃ qn etiã cõdẽnauerit. & sic petitũ fuerit cõdẽnari. & hoc aperti⁹ sensit post,dũ subijcit: nõ tñ ꝓpter hoc dico.&c.ar.l.j.ĩ prin. co.ti.Vel meli⁹ plenius soluẽdo in.d.l. j.Bar. ponit regulã in oĩ iudicio,& sic ĩ vniuerso ex hac.l. ex diuerso.§.j. ponit fallẽ.in illo casu in rei vẽ. Et rõ fallẽtię ẽ ꝓpter naturã ipsi⁹ actiõis:qa eoipso,ꝙ iudex declarat rẽ meã esse:per cõsequẽs declaratũ nõ esse. Nã eo tpe penes duos esse nõ põt.l.si vt certo.§.si duob⁹ vehiculũ.ff.commo. ita Bart.in.l.Põponi⁹. §.sed & is.ff.de ꝓcu. ꝙ tacitè in hoc iudicio videt̃ peti, te mihi cõdemnari ex quadam consequentia necessaria.

mobili, secundus de re immobili. Tu potes dicere, quòd primũ pactum non fuit pactum adiectionis in diem: nec enim vsi fuerunt verbis directis scilicet res sit inempta, sed verbis obliquis videlicet ab emptione recedatur: secundum verò pactum fuit adiectionis in diem directo: vt. l. j. C. de pac. inter empt. & vẽ. & not. in. l. j. j. de dona. Sed tu dices, quòd secundum hoc in primo casu dominium non transit: ergo potest vti actione in rem emptor. Solu. dico, quòd non potest contra ipsum venditorem, vel habẽtem causam ab eo.

Si seruus. ¶ Qui emit ab illo, qui habet potestatem à domino, habet actionem in rem. hoc dicit. Barto.

SI in rem. ¶ Si heres non possidet, absoluitur lite non contestata cum defuncto. aliàs non: sed ex culpa defuncti conuenitur. hoc dicit.

QVæ religiosis. ¶ Lapides sepulchrorum sunt religiosi: & ideo sunt exempti: & non poterunt vendicari: & ideo actione in factum poterũt vendicari: sicut si religiosi non essent. hoc dicit. ¶ No. istud principium, quod sæpe allegatur.

SI homo. ¶ Bonæfidei possessor ante litem cõtestatam, tenetur de dol. malæfidei de culpa. bonæfidei post litem contestatam de culpa tenetur. hoc dicit. Opponitur de prin. ad fin. cuius timore exponitur Principi. post conuentionem scilicet simplicẽ. ¶ Item oppo. quia secundùm hoc bonæfidei possessor non potest committere dolum: vt. l. si quid possessor. §. pe. de petit. hære. Glo. dicit quòd hic loquitur de eo, qui habuit bonam ab initio: sed postea incipit esse malæfidei. vnde do. Iac. but. dicebat, quòd non potest committere dolum respectu dominij: quia reputat se dominum. sed respectu rei. Nam & dominus potest interficere seruum, vt. l. ij. de his, qui sunt sui vel alie. iur. Item potest cõmittere dolum respectu rei: licet se dominum non putet, vt. l. etiam. §. licet. infrà solu. matrimon. & ideo licet hic post controuersiam motam petitorem non putet dominum: tamen in odium eius potest vulnerare rem: dicendo, tu nunquam poteris obtinere: occido eum. ¶ Item oppo. quòd de hac culpa vel dolo non debeat caueri. sed fiat condemnatio, vt. l. non solum. §. eodem. Solu. ibi de dolo præterito. hic de dolo futuro, scilicet commisso post lit. contest. vel melius, quòd ibi quando de dolo, & culpa constabat: hic non. & hoc sentit quædam alia glo. j. eo.

EIus rei. ¶ In soluente litis æsti. transit dominium rei præsentis, vel postea ad præsentiam venientis. hoc dicit. ¶ Oppon. de. l. sed & si res. §. j. j. titu. j. vbi videtur quòd competat publiciana. Solu. hic loquitur, quando recipiens erat dominus: ibi non. ¶ Oppon. & videtur, quòd ista, quę ponitur in litera, non sit bona ratio, vt. l. si pro fundo. C. de transac. Soluti. intelligas hic trãsegisse impropriè, hoc est, à lite recessisse: proprius tamen exponitur in. l. litis. infrà pro empto. Vel potes dicere, quòd etiam ex causa transactionis transiret dominium apud eum, apud quem res maneret, si esset actum. & dixi in. l. j. infrà pro empt. ¶ Itẽ oppo. de. l. certi conditio. in fi. j. si certum pe. sol. intellige præsens. id est, apud possessorem. Vel dic, vt plenè dixi in cõtrario. ¶ Itẽ op. de. l. eum qui. j. de furt. sol. intelligas hic in eo, apud quem interuenit possessio sine delicto. ibi secus. ¶ Item op. de. l. ex diuerso. §. j. s. eo. solue, vt in glo.

SVmptus in prædium. ¶ Bonæfidei possessor doli exceptione expensas recuperat, nisi computentur cum fructibus. h. d. ¶ No. hic casum in quo bonæfidei possessor fructus ante lit. contesta. non lucratur, licet consumat: quia compensat cum fructibus.

SOlum. ¶ Hæc lex est breuis, & ponit duo ex quibus consistit domus, scilicet ex solo & superficie.

Meum est. ¶ Oppo. de. l. mortuo. in princip. j. lega. ij. Sol. vt ibi dixi, & in. l. si seruus. §. boue. j. de condi. fu.

SI ager. ¶ Ex solo titulo absq; traditione non quæritur dominium, nec ius vendicandi. h. d. ¶ No. quòd ex titulo singulari solo non transfertur dominium absq; possessione: secus si ex titulo vniuersali. Fallit in. l. fina. C. de sacr. san. eccle. & in pacto. l. commissoriæ. & similibus, de quo plenè notatur hic, & in. l. j. j. de dona. sed hodie in quolibet instrumento dicitur, quòd constituit se suo nomine possidere, & hoc modo possessionẽ habet, vt. l. quædam. j. e. & l. quod meo. j. de acqui. poss. ¶ Item opp. in instrumẽtis, quòd quis transfert in emptorem omne ius omnémq; actionem, quam habet in dicta re, ex qua cessione posset habere rei vendicationẽ: licet nõ haberet dominium, vt. l. si culpa. j. eo. Bart.

SI in rem actum sit. ¶ Si iudicium reale transferr in heredem post lit. conte. venit dolus defuncti & hæredis: sed ante non venit dolus defuncti, nisi quatenus est locupletior factus. hoc dicit.

SI fundi. ¶ In his, quæ fundo continẽtur vno elemento separatio non cõtingit. hoc dicit. dixi in. l. fundo. s. eo.

INter officium. ¶ Sententia lata cõtra clientulũ in reali, non facit præiudicium aduocato, ad quem res in veritate spectat. h. d. ¶ Oppon. de. l. fi. in princip. s. de inoffi. test. Glo. fatetur contrarium, & dicit quòd debet intelligi, quando aduocatus ignorabat ad se pertinere. secus si sciebat, vt in contrario. Doct. dicunt aliter. Nam solus consensus potest approbare testamentum: sed solus consensus non sufficit ad amissionem dominij, vt. l. si quis vi. §. differentia. j. de acqui. pos. ita dicebat do. Iac. but.

SI possessor. ¶ Hæredes possessoris conueniuntur hac actione ante litem contesta. secundum quod possident: non proportione hæreditaria. h. d.

VEndicatio. ¶ Vniuersitas corporis & iuris non vendicatur. h. d.

IS a quo. ¶ Si duo vendicant eãdem rem ab eodem, primo vincenti traditur pręstita cautione. h. d. ¶ Quero, quid si restituisset cautione non exacta? dicit glo. quòd à secundo liberaṫ: quod quidam doc. reprobant. Nam non exigendo videtur esse in dolo: & ideo tanquàm dolo possidere desinens tenetur, vt dicam. j. l. proxi. Bar.

A Quo seruus. Aliâs. Is a quo.

Si super eadem re est duplex iudicium. s. petitorium & noxale: si prius in petitorio vincitur res, traditur pręstita cautiõe. si prius in noxali, tradiṫ simpliciter. h. d. ¶ Quero vtrum iste, qui agit noxali debeat cauere de defendendo possessorem. glo. quòd sic. Iac. de Aret. contrà. Pro hoc facit quod ille, qui dat pro noxa debet facere perfectè accipientis, vt. l. si hominem. j. eod. Præterea. si possessor non exegisset cautionem tenetur, ac si dolo desijsset possidere, vt dixi. s. de pet. hæred. l. peñ. facit, quod dixi. s. proxima leg.

SI habitator. ¶ Qui habitat in domo aliena domini voluntate, quod ibi ædificat domini non facit: & ideo poterit vendicare. h. d.

SI quis nauem. ¶ Quod addiṫ rei causa refectionis, ipsi cedit: sed quod de nouo efficitur, ad dominum iure pertinet. hoc dicit.

SI nauis. ¶ Accessiones ciuiles in hac actione veniunt, sicut naturales. hoc dicit.

Generaliter. ¶ Fructus percipiendi intelliguntur qui à petitore percipi poterunt. hoc dicit. dixi in. l. fructus. j. eo.

SI culpa. ¶ Ei, qui culpa desijt possidere sunt concedendæ actiones: & competunt vtiles sine cessione contra extraneum, & etiam cõtra dominum, cui soluit litis æstimationem: & esset multum solennis repetitio. & materiam istam examino in lege prima. j. pro empto. & l. iij. eodem titulo. & lege in depositi. j. de re iudica. & Dyn. in cap. pro possessore. extrà de regu. iuris libr. vj. quem Iacob. Butri. hic recitat de verbo ad verbum, & in multis reprehendit eum. ¶ Oppon. de. l. in depositi. infrà de re iudica. Solut. ibi in contractu bonæfidei, vbi exigitur exuberantior bonafides: aliter dicitur in. l. is qui dolo. infrà eodem. & ibi videbimus. ¶ Item quæro, quod auxilium est istud, quod dat prætor. quidam, vt Azo, dicunt, quòd vtile. Nam ius actoris emisse videtur, dando litis æstimationem, vt. l. eius rei. s. eodem. & lege finali. C. de hæredi. vel action. vendita. & istam tenet glossa & omnes doctores. ¶ Not. quòd quis habet vtilem in rem licet non sit dominus. Non enim est dominus antequàm possessionem apprehendat, vt. l. eius rei. s. eod. & tamen habet vtilem in rem, vt hic. Quod tene menti: vt scias formare libellum: quia debes dicere, peto declarari rem pertinere ad cedentem. iure dominij, vel quasi, & restitui mihi per rei vendicationem facta mihi cessione ab eo. & ita semel distinxi vnum libellum, qui dicebat, quòd res pertinebat

pertinebat ad cesſionarium iure dominij, vel quaſi: quod eſt abſurdum, vt hic. ¶ No. quòd vtilem, quam habeo à te intento contra te: ſecus in directa. ratio: quia directa intentatur procuratorio nomine, vt. l. planè. fam. erci. & ſic intentarem tuo nomine contra te, quod fieri non poteſt, vt. l. j. & . ij. j. de no. ope. nun. Barto.

CVm in rem. ¶ Habetur cõmoditas eorum, quæ ſunt in vſu non in fructu. quod not. & tene menti.

EMptor. ¶ Poſſeſſori debet reſtitui pretium à domino, quod in ipſius vtilitatem verſum eſt, cum vſuris habita compenſatione fructuum. hoc dicit. ¶ Oppon. creditor poteſt transferre dominium, vt. l. non eſt nouum. de acquirẽ. rerum domi. & de diſtra. pign. per totũ. ſol. intellige hic in creditore, qui non habet ius vendendi: vel dic, ꝙ vendebat alius. ¶ Item oppo. de. l. inciuilem. C. de fur. Sol. hic in pretio, quod eſt cõuerſum in vtilitatem eius, vt hic. aliâs ſecus, vt de quadri. pręſcri. l. fin. ¶ Vltimò no. fructus compenſari cũ pretio.

Ancillam. ¶ Verba enunciatiua poſt modum cauſæ prolata diſpoſitionem inducunt iure exceptionis. h. d. ſecundũ glo. ¶ Quero, vtrum iſta verba inducant diſpoſitionem iure actionis, videtur ſecundũ Azo. quòd non. Pro quo videtur tex. in. l. fi. in prin. j. de doli excep. Contrarium tenet gloſ. vt. l. ſi ſocer. §. lucius. j. ſolu. ma. pro quo videẽ caſus extrà de ſucceſ. ab inteſt. c. fi. & ibi hoc tenet Innoc. facit. l. j. j. de colla. dot. dixi in. l. ex hac ſcriptura. j. de don. ¶ Not. ex hac lege, ꝙ licet dominum rei legatę tranſeat recta via in legatarium: tamen hoc intelligit de re legata expreſſè. ſecus in re legata præſumptiuè ex tacita voluntate teſtatoris, vt hic probatur in. l. ſeruum filij. §. fi. de leg. j. & ibi tenet Iaco. de are.

NOn ideo minus. ¶ Res, quę ſubiacet reſtitutioni, poteſt à domino interim vendicari. h. d. quod no.

ATutore. ¶ Pecunia in re empta inuenta, ſi eſt theſaurus, reddetur emptori: ſi pecunia, reddetur venditori. hoc dicit.

QVi reſtituere. ¶ Notabilis lex eſt. Not. ex prima parte quòd in reali ſententia cogiẽ quis reſtituere manu militari. ¶ Ad hoc op. C. de offic. ciuilium iudi. l. j. Sol. intellige manu militari, id eſt per executores Berruarios? & ſic non conuocetur Magiſter militum, niſi ex magna cauſa, vt ibi. ¶ Op. hic dicitur, ꝙ eſt iuſſus reſtituere: poſteà fit condemnatio de fructibus contra l. terminato. C. de fruc. & li. expen. Solu. intellige condemnatio. i. executio. Vel dic, quòd fuit noua condemnatio poſt primam ſententiam. ¶ Ex quo not. ꝙ illud, quod dicitur. s. eod. l. fructus. quòd habetur ratio fructuum, vſq; ad ſententiam, debet intelligi, quòd officium iudicis condemnãtis reum ſe non extendat vltrà: ſed officium iudicis exequẽtis vſq; ad diem executionis. Vel dic, quòd non eſt mirandum, ſi feruntur duæ ſententiæ: qa actio eſt arbitraria, vt. l. in actionibus. j. de in lit. iurand. & . l. ſi cum exceptione. §. in hac. s. quod met. cauſa. Item opp. quòd fiat taxatio, vt. l. videamus. §. pe. j. de in litem iur. & . l. arbitrio. s. de dolo. Solu. non fit à lege, ſed à iudice, vt leg. contraria. ¶ Quero circa iſtam partem, quot remedia habet quis tpe executionis in hac actione. dic, vt in glſo. quæ ponit multum clarè. ¶ Venio ad tertiam particulã de eo, qui deſijt poſſidere ſine dolo. Quid ſi deſijt poſſidere lata culpa? dic vt in. l. in actione. j. de in litem iuran. ¶ Item quero qd eſt hoc dictũ, quòd ſententia eſt generalis? dic vt in gl. Ego intelligo leg. iſtã ad literam prout iacet, vt vbicunq; reſtituere iuſſus iudici non paret, poſſit iurari in litẽ: & erit actio arbitraria: vt dixi in. l. in actionibus. j. de in litẽ iurã.

IS qui dolo. ¶ Ei, qui dolo deſijt poſſidere: non cauetur: nec actio ceditur: nec publiciana datur. Item poteſt petitor omiſſo iuramento in litem petere verã æſtimationẽ. h. d. ¶ Op. de. l. in depoſiti. j. de re iudi. gl. ponit hic tres ſolu. vide eam: & tertiam ſolutionem hic poſitã teneo in. d. l. in depoſiti.

SIa Titio. ¶ Publiciana competit contra dominum, quando poſſeſſor & petitor habuerunt cauſam ab eodem, vel poſſeſſor à petitore. h. d. Ad quod. l. apud Celſum. §. ſi à titio. j. de exceptio. doli. & . l. ſi à Titio. j. de exceptio. rei venditæ & traditæ. in quibus habes, quòd publiciana competit contra verum dominum. ¶ Secundò not. quòd ius ſuperueniẽs authori meo, prodeſt mihi plenè, non tamen quo ad hoc, vt dominium mihi plenè quæraẽ. Iſtud examinaui multum plenè in. l. cum vir. j. de vſuſcap. Barto.

IN ſpeciali. ¶ Conuentus rei vendicatione nõ cogitur reſpondere, an ſit dominus in totum, vel in partem.

SVperficiario. ¶ Superficiario competit vtilis in rem. hoc dicit. quod not. & tene menti.

QVæ de tota. ¶ Quod iuris eſt de toto, quo ad totum: idem de parte quo ad partem. hoc dicit.

Incertæ partis. ¶ Admittitur vendicatio partis incertæ, ſi ex parte actoris eſt iuſta cauſa ignorantiæ. hoc dicit.

QVædam mulier. ¶ Si venditor vel donator rẽ conducit ab eo, cui datur: ipſa conductio transfert poſſeſſionem atq; dominiũ. hoc dicit. ¶ No. ꝙ per illum, qui conſtituit ſe alterius nomine poſſidere, acquiritur poſſeſſio, & quòd per eum transfertur dominium: dixi in. l. quod meo. in princ. & . l. interdum. de acquiren. poſ. Quod intellige, quando ille, qui cõſtituit poſſidebat: aliâs ſecus, vt. d. l. quod meo. ¶ Item not. ꝙ quando venditio, vel donatio fit in ipſo fundo, pręſumitur tradita poſſeſſio, vt hic. quod in donatione procedit ſine dubio: in venditione procedit ita demum, ſi eſt ſolutum pretium vt. l. quod vendendi. j. de contrahen. empt. ¶ Item no. hic vnam glo. ꝙ ſi emis rem & poſtea in eius poſſeſſione reperiaris, pręſumeris poſſidere ex cauſa emptionis. de quo per doc. in. l. ij. C. de ac. poſſ.

SI eius fundi. ¶ Fructus efficiuntur bonæfidei poſſeſſoris eoipſo, quòd à ſolo ſunt ſeparati. hoc dicit. de quo in. l. ſi vſufructu. qui. mo. vſuſfru. amit. ¶ No. quòd oliua dicitur fructus induſtrialis, vt eſt text. hic: quia ſi eſſet naturalis, non efficeretur bonæfidei poſſeſſoris. ſed hic fit eius: ergo &c.

SI hominem. ¶ Fructus debentur vſque ad tempus, quo deſierint poſſe percipi. hoc dicit.

IN rem. ¶ Qui negat ſe poſſidere, non poteſt conueniri hac actione: ſed ſi conuincatur de mendacio, transfertur poſſeſſio in actorem. h. d. ¶ Opp. quòd illud eſt impoſſibile, quòd de mendacio conuincatur: quia poſſeſſio amittitur ſolo animo, vt. l. iij. §. in amittenda. j. de acquiren. poſſe. ergo cum dixit ſe non poſſidere, declarauit animum ſuum. ſ. quod non poſſidet. Solu. dico, quòd hoc dicebat, non tamen quod hic haberet animum perdendi poſſeſſionem: ideo non perdit. ¶ Item quæro, quo iure fiat iſta tranſlatio poſſeſſionis? dicit glo. quòd officio iudicis, vel condictione ex lege iſta. quod nota. ſed quæ eſt vera? dico, quòd illa, quæ dicit, quòd officio iudicis per text. qui dicit per iudicem. Si enim fieret per actionem: tunc iudex non eſſet immediata cauſa, ſed actio: & iudex deſeruiret actioni. Item quæro vtrum ſuper iſta tranſlatione debeat dari libellus. Si dicis, quòd fiat condictione ex lege, dicas quòd ſic: quia qua quiſque actione &c. vt. l. j. s. de edend. Si dicas, quòd officio iudicis: tunc poteſt eſſe dubium: tamen quædam gloſſ. multum not. in corpore de triente & ſemiſ. §. illud. in gloſſ. magna dicit, quòd reſpondendo dictę interrogationi videtur facta per ſupradictam actionem litis conteſta. Sed vt dixi, hoc expeditur officio iudicis: nec eſt neceſſe, quòd de nouo detur libellus, nec lis conteſtetur. Sicut enim contra non venientem mittitur actor in poſſeſſionem: ita contra conuentum mendacem fit executio per officium iudicis, transferendo poſſeſſionem ſine aliquo alio libello. Vide glo. ibi, fortè idem: vt nihilominus poſſeſſio transferatur: & hoc propter mendacium puniendum, vt not. in authen. item poſſeſſor. C. qui pot. in pign. ha. ¶ Ex quo not. mirabile, quòd licet iſtud officium iudicis ſit adipiſcendæ poſſeſſionis: tamen ei non obſtat exceptio dominij propter mendacium: quod nota, & tene menti: quia vtile eſt multum.

Regeſtum.

ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVXYZ Aa Bb Cc. Omnes ſunt quaterniones, pręter A qui eſt quinternio. B b & C c. qui ſunt terniones.

PRAELECTIONVM IN PRIMAM DIGESTI VETERIS PARTEM, *ſumma diligentia repurgatarum, Authore Bartolo à Saxoferrato, Iuris vtriusq; Corypho primarioq; Duce, honeſtiſſimorum hominum Iaco. ac Ioan. Senettonum impenſa,*

FINIS.

i 18803623



BARTOL.
in I.^{m} Digesti
vet. part.

.1.

93

calibrite
colorchecker CLASSIC
mm